ascensiones gradus ascendentis in circulo obliquo et quod
provenit redige ad gradus equales in circulo
obliquo et ubi signum quod exierit erit locus
radiorum. Si secundum istam operationem
sicut dirige planetam existentem in una
quadra ad aliam planetam existentem in alia
quadra. Unde modum non fuit exponere
nec declarare in alio libro. Et ut clarius
pateat quod dixi ponam aliquod exemplum.

¶ Nono gradu medii celi Cancri erat
et Saturnus erat in 4 gradu Virginis et gradus ascendentis
in orizonte obliquo in regione cuius latitudo
est 48 graduum. Hoc est 44 minuti libre. ¶ Inveni
ascensiones gradus medii celi in circulo directo
invenio 190 gradus 43 minuta. Deinde quesivi ascensiones
gradus Saturni in eodem circulo directo et inveni
241 gradus 44 minuta. Subtraxi ascensiones
medii celi ab ascensionibus gradus Saturni et remansit
[illegible] 41 gradus 2 minuta et est distantia Saturni.

¶ Invenio gradum planete et inter gradum occidentis et inter
medium celi et oppositum gradus est inter ascendens et
angulum terre.

a medio celi. ¶ Deinde substraxi ascensiones
gradus Saturni in circulo obliquo ab ascensionibus gradus
oppositi in eodem circulo obliquo que remanserunt
203 gradus 3 minuta et hic fuit arcus diurnus gradus
Saturni quem mediavi et inveni 101 gradus
31 minuta 30 secunda que est medietas arcus diurni
gradus Saturni. Substraxi ascensiones gradus Saturni in
circulo recto que fuerunt 241 gradus 44 minuta ab
ascensionibus gradus ascendentis in eodem circulo directo
que fuerunt 273 gradus 19 minuta et remanserunt
31 gradus 24 minuta que fuit pars radiationis
circuli directi. ¶ Deinde substraxi ascensiones
gradus Saturni in circulo obliquo que fuerunt 144
gradus ab ascensionibus gradus ascendentis in eodem circulo obli-
quo que fuerunt 190 gradus 42 minuta et remanserunt
46 gradus 26 minuta que fuit pars radiationis
regionis sive circuli obliqui. ¶ Vidi quod pars
radiationis circuli obliqui fuit maior
radiatione circuli recti. Substraxi igitur
minorem de maiori et remanserunt
15 gradus 2 minuta que fuit differentia duarum partium
quam multiplicavi per distantiam Saturni
a medio celi et divisi per medietatem arcus
diurni gradus Saturni et exierunt 6 gradus 8
minuta 44 secunda et hec fuit pars equationis
quam addidi super partem radiationis
circuli directi et provenerunt 37 gradus 32
minuta 44 secunda. Isti fuerunt gradus ascensionum qui
fuerunt in figura a Saturno usque ad gradum
ascendentis. Et quia fuerunt pauciores quam
60 scivi quod radii sextiles Saturni in hac
figura ceciderunt ultra gradum ascendentis. Substraxi
hic gradus hos de 60 pro radiatione sextili
et remanserunt 22 gradus 27 minuta 16 secunda quos
addidi super ascensiones gradus ascendentis in circulo obliquo
que fuerunt 190 gradus 42 minuta et provenerunt 213
gradus 9 minuta quos reduxi ad gradus equales in
circulo obliquo et inveni 22 gradus libre 42
minuta 2 secunda ubi fuerunt radii sextiles Saturni
in proposito exemplo. Secundum hunc modum
debet fieri in aliis angulis. Et hec de radia-
tionibus sufficiant.

Habet etiam quelibet planeta in unoquoque signo
terminos vel fines. ¶ Hic declarat de 4a

dignitate essentiali quam habet planeta in signis
dicens quod quelibet planeta scilicet Saturnus Iupiter Mars
Venus et Mercurius habet in signis terminos dispositos
per diversos gradus et incipiunt ab ariete
primus terminus est Iovis usque ad finem 6
gradus et a principio 7 gradus eiusdem arietis usque in
finem 12 est terminus Veneris ut patet.
Et quia non valet dicere singulos eorum sed eos
tenere in memoria fecit ex eis tabulam
ut patet in tabula 2a. ¶ Quidam ponunt
Egipti terminos. ¶ Sed solum Dorotheus
exponit sapientes de Egipto dicens
dicens quod quidam posuerunt Egipti terminos
et quidam posuerunt eos triplicitatibus.
Solum Dorotheus dicens quod domini triplicitatis
sunt fortiores quam ad mutationem pluriorum
quia durationes sequitur multitudinem. Et ab
eis accipitur signum utrum puer sit victurus
an non. ¶ Domini autem terminorum sunt fortiores
in directione quam cum directio gradus ascendentis
alicuius nati dirigitur ad eos fortunarum
et infortunarum. Et dominus illius vocatur
divisor vel dispositor quod dum durat
directio in illo termino. Et si ibi fuerit aliquis
planeta vel radius eius erunt participes de
hoc directionis. Aliquis huiusmodi dicto
hic notandum quod discordia fuit inter sapi-
entes antiquos de terminis et fuerunt tres opiniones
famose de istis terminis quarum una fuit maiorum
Egiptiorum et Caldeorum. ¶ Ptholomeus autem in
218 propositione quam ponit magis approbat
terminos Egiptiorum. Et dicit se invenisse unum
librum de terminis antiquis valde antiquum qui
per vetustatem erat pro maiori parte fractus
et ille concordabat cum terminis Egiptiorum.
¶ Et dicit in illo libro quod summa graduum terminorum
cuiuslibet planete erat talis iuxta numerum
annorum suorum maiorum quos determinavit
ut Saturni annorum maiorum Saturni sunt 57.
Iovis 79. Martis 66. Veneris 82. Mercurii
76. et omnes isti collecti faciunt 360. ¶
Si volueris hic exemplum summa omnium terminorum
alicuius planete ubique erit Iovis numerum annorum
suorum maiorum scilicet 79.
et sic de aliis. ¶ Haly in comento 206 propositionis.

precedentis partis quarte differentie dicit. Illi de egipto fue
runt sapientes magni et sapientiores
qui fuerunt ab antiquo tempore nam isti fuerunt
studii et exercitii magni in scientiis et
sapientiis omnibus de quibus homo se lau
dare potest. Et secundum hoc per cronicas sa
pientum antiquorum secundum quod loquebantur de ipsis
et per ea que de suis operibus remanserunt
a multis multibus (?) annorum usque ad hodier
nam diem. Et ego dico illud quod vidi
de una experientia quam inveni in loco qui
dictus est occidens solis et in modico tempore
mirabilia magna vidi. Et hec sunt verba
haly. de experientia quam tacet in centilo
quio in 3° libro ... Unde hinc (?) satis re
cte dicit una experientia filii de sigillo
scorpii facto in lapide secundum quod potest ibi videri.
Et ideo qui voluerit videre videat ibidem.

Facies .iii. signorum de faciebus.
Hic determinat de ultima dignitate scilicet
qualibet planete in signis. et hec est plane
tarum et ideo hic facit tabulam. Dicit quod quodlibet signum
dividitur in 3 partes equales que vocantur facies et
quelibet facies est ex 10 gradibus. Incipiunt autem iste
facies a primo arietis et procedunt secundum ordinem
signorum et planetarum ita quod prima facies est martis
scilicet primi 10 gradus arietis et 10 sequentes sunt solis
qui succedit marti in ordine celorum. 3a
est veneris que succedit soli. Et prima facies
tauri est mercurii. 2a lune et 3a saturni. Et
prima geminorum est Jovis. 2a martis. 3a veneris et
usque ad finem signorum. Ut planum fuit.

Et quia auxiliatur de ... de modo fortitudinum.
Postquam actor determinavit de dignitatibus
planetarum in signis hic determinat de fortitudinibus
quas habent in ipsis dignitatibus. Et vult dicere
quod dominus domus habet 4 fortitudines. dominus exaltationis
3. dominus triplicitatis 2. dicit et duas et
dominus faciei unam etc. Et post comparationem
in dignitatibus planetarum dicens quod quando planeta
est in domo sua est sicut vir existens in
domo et dilatatione sua. Et planeta existens
in exaltatione est sicut vir existens in regno
atque gloria sua ut patet in littera.

Et ex hoc potest notari quod si aliquis planeta
reperiatur magnum infortunium in domo
vel exaltatione sua. hoc est multum detesta
bile sicut multum esset detestabile si rex
vinceretur in proprio regno suo et in fortuni
loco regni sui. Ideo quando luminaria eclip
santur in propriis domibus vel exaltationibus
suis hoc est malum signum.

Et sequitur habes figuras signorum. hic
determinat de signis sive formis signorum
dicens quod quedam signorum dicuntur racionalia
scilicet illa que sunt figurata ad ymagines
hominum et sunt gemini virgo aquarius libra
et prima medietas sagittarii et ideo vi
detur in littera. Et haly breviter expedit
se de formis signorum et dicit quod signorum alia
sunt in forma hominum. alia in forma bestiarum
alia in forma bestiarum silvestrium alia in forma
reptilium. Signa que sunt in forma humana
sunt gemini libra aquarius et virgo. In forma
bestiarum aries taurus capricornus et sagittarius.
In forma bestiarum silvestrium (?) id est ... leo.
In forma vero reptilium cancer
scorpio et pisces.

Et unumquodque signorum habet propria signa (?)
hic determinat de signis aliorum et quod
huiusmodi signa ex membris hominum et ex regionibus
et ex planetis. Et potest ista ratio videri in
2 partes quam in secunda parte facit quod dictum
est in 2a determinat de doloribus planetarum
in signis. 2a ibi incipit ibi Et signa
planetarum signorum. Et prima potest dividi in 12
partes secundum 12 signa. Clarum est quod dicit littera
exceptis quod nova regionum non sunt nobis
nota. Notandum est hic quod ptholomeus
divisit totam terram habitabilem in 4 partes et
debet secundum divisionem ptholomei ymaginari una
linea transiens ab oriente in occidentem per
medium habitationis ita quod ista linea di
vidit partem meridionalem a septentrionali.
Et dicit haly quod ista linea distat ab
equinoctiali per 36 gradus et secundum hanc divisionem dis
tat ab ultima habitatione in septentrione
per 30 gradus vel circa ita quod tota latitudo
continet 66 gradus et tota est dicta ab equinoctiali
usque ad polum ... arcticum primo.

est 66 gradus 26 minuta et 30 secunda vel circa. ¶ Et
dicit Haly quod in fine istius lineae versus occidentem
est passagium Herculis et hoc est ubi terra
finitur in Hispania et est ibi mare strictum
ita quod existens in uno littore potest videre alium
existentem in alio. ¶ Et sunt ibi 3 insulae quarum
una videtur transcendere in Hispaniam contra
occidentem et stat in ea ydolum tenens in
manu claves ad denotandum quod ultra illum
locum non fit habitatio et in qualibet duarum
aliarum insularum stat etiam ydolum secundum
eundem modum. ¶ Et in parte orientali in fine
lineae predictae stat ydola cuius tenentia
claves ad denotandum quod non sit ultra
illum locum habitatio versus orientem. ¶ Dicit
Haly quod Hercules posuit ista ydola
in signum quod acquisierat totum mundum.
Longitudo lineae predictae secundum quod dicit Haly
est 180 graduum. Hiis visis secundum sinam(?)
philosophi ymaginem istam lineam dividi per
medium ita quod remaneant 90 gradus versus
orientem et alia 90 versus occidentem.
Ymaginemur similiter unam lineam venire
per polos mundi per medium dictae
lineae superdictae ita quod transeat per
medium terrae habitabilis secundum longitudinem. ¶ Patet
ergo quod duae lineae superdictae dividunt totam
terram habitabilem in 4 partes quarum partes coniun-
guntur in loco intersectionis linearum quae est
predicta in medio terrae habitabilis. ¶ Habita
ydonea intellectu facile est videre
sententiam philosophi in predictis signorum triplicitatum.
¶ Dicit namque philosophus quod haec tria signa
aries leo et sagittarius quae faciunt unam
triplicitatem pertinent ad quartam terrae habitabilis
quae est inter arcticum(?) et occidentem et illam quartam
gubernat iupiter eo quod est septentrionalis
et mars hic participat cum eo quia pertinet
ad partem occidentalem. ¶ Et 2a triplicitas
scilicet taurus virgo et capricornus pertinet ad partem
quae est inter meridiem et orientem et gubernat
ipsam venus quae est meridionalis et habet
participationem cum ea saturnus quia ad partem
orientalem pertinet. ¶ Et 3a signa triplicitatis

scilicet gemini libra aquarius pertinet ad partem quae
est inter ~~meridiem et occidentem~~ orientem et aquilonem
et gubernat ipsam saturnus eo quod pertinet
ad orientem et hic participat cum eo iupiter
eo quod pertinet ad septentrionem. ¶ Et 4a signa
triplicitatis scilicet cancer scorpio et pisces pertinent
ad partem quae est inter meridiem et occidentem et
gubernat ipsam mars quia pertinet
ad occidentem et hic participat cum eo venus
quae pertinet ad meridiem. ¶ Ex predictis quilibet
potest iudicare ad quod signum pertineat
quaelibet terra sciendo eius longitudinem latitudinem
regionis de qua quaeritur sit. Verbi gratia
¶ Omnis terra cuius latitudo est maior 36
gradibus et longitudo eius ab occidente minor 90 gradibus
sub est de 4a septentrionali occidentali et sic
de aliis signis. ¶ Cognita quarta in
qua est terra tua scies quod unum ex tribus
signis triplicitatis illius 4e respicit illam terram.
Et potes scire quod ex illis signis respicit
terram illam per mores et consuetudines
hominum habitantium in ea. Verbi gratia ¶ Scio
quod terra christianorum est in parte septentrionali
occidentali et scio quod aries leo et sagittarius
dicuntur super ipsam. Et si velim scire
super quam partem eius dicatur quodlibet istorum
signorum respicio ad mores et condiciones
hominum cum quibus signis magis concordat.
¶ Constat autem quod romani sunt famosiores
et nobiliores istius 4e ideo dicitur quod attri-
buatur eis signum nobilius in hac terra et
hoc est leo domus solis. ¶ Constat etiam
quod almani sunt homines iracundi et furiosi
de natura martis ideo dicitur attribui
eis aries domus martis. ¶ Constat etiam
quod hispani sunt boni milites exercitii et
magni in armis ideo dicitur attri-
bui eis sagittarius quod est militarium et bellorum.
Et habet participationem post philosophum in terra
in 2a parte quadrante. ¶ Dicit enim sic et pro-
videre cum ariete concordantes sunt terra
de britannia et terra de sclavia credo quod
debent dici de flandria(?) et de germania
et quod concordat cum leone sunt ytalia

Gallia Apulia et Cecilia Italy dicitur ibi
quia hec sunt domini Rome. Et quia scorpio
et sagittarius sunt de cetero torrida vel
terra et Hyspania ¶ De proprietate aliorum
signorum et aliis terris parum curo quia non
novi nec cognitiones hominum sunt mi-
nota. Nec facit mihi aliquid utile illis scire
Si quis autem cognoscat eas et voluerit
in eis morari applicet simili modo dictum
in tribus signis predictis.

¶ Dicit abraam avenezre quod prima decima est triplicitas
arietis et gubernator eius saturnus ¶ 2a
est una est sagittarii et piscis et eius guberna-
tor iupiter ¶ 3a decima est scorpii et arietis et
eius gubernator est mars ¶ 4a est una
est leonis et gubernator eius est sol
¶ Va decima est tauri et libre et eius gubernator
venus ¶ 6a est una est geminorum et virginis
et eius gubernator est mercurius ¶ 7a est una
est cancri et gubernator illius est luna

¶ Abraam avenezre ponit cognitiones nas-
centium sub qualibet facie. et est secunda sua ista.

♈ ¶ Natus sub prima facie arietis erit ruffus
2 venter eius erit pronus et strictus
carne extenuatus habebit quoque signum pede
sinistro signum et in cubito manus sinistre
Animi eius erunt plures et odiet malum

♈ ¶ Natus sub 2a facie arietis erit et modo
pulcritudinis facie induta. corpus eius
spatium superhabens ad iram non accelerans volun-
tate malum alieni cordis et inimici eius
plures erunt ¶ Natus sub 3a facie erit ruf-
fus color eius et siccus et solitarius

[illegible] ¶ Natus sub prima facie tauri erit brevis
stature oculi magni labia spissa et habebit
signum in collo et etiam corde festinus. animi
eius plures et in pluribus manieribus volu-
ntatum delectabitur ipse ¶ Natus sub 2a facie
habebit faciem rotundam ventrem latum oculos
pulcros sed ad [illegible] vero
[illegible] circa spatulas pilosus exis-
tet et habebit signum in labiis ¶ Natus
sub 3a facie erit pulcri coloris pulcre
quoque faciei. habebitque signum in oculo sinistro

viri quia laboriosus est nec cum mulieribus fortis
existet ¶ Natus sub 3a facie habebit signum cu-
rans [?] testiculos malum et sine ferro vel
hermofroditus ¶ Natus sub prima facie
geminorum erit pulcri corporis ac decenter
pulcrorum oculorum et pilorum. habebit signum
in capite vel in oculis visus eius acutus
indomite ?ratiditatis erit quia laborator cum
mulieribus et indomite fortitudinis existet
¶ Natus sub 2a facie erit brevis stature et
niger et super eius cubitum signum deferens
eius quoque verba dulcia et pulcra ¶ Natus
sub 3a facie minime habebit oculos pronos erit
quoque sufferator et leviter loquetur verba
proto[?] erit quoque mendax ¶ Natus
sub prima facie cancri erit corpore et pilis
decens supercilia stricta. nares longe et
spatule late et habebit signum in cubito
dextro aut in eius brachio sed eius bona
animi eius plures erit quoque sanus et magis
mosque [?] ¶ Natus sub 2a facie erit color eius
rubeus brevis stature rarus barba et
habebit signum in oculis ¶ Natus sub 3a facie
erit crassus brevis quoque stature et habebit
multitudinem pilorum in superciliis ¶ Natus
sub prima facie leonis erit pulcro corpore
et facie atque colore vultus eius rubeus
albo commixtus oculi eius commixti pectus
rectum et crura sua patietur morbum
in parte superiori et etiam cognitus [?] in negotiis
et simplex dimittens quoque discordie regnum
¶ Natus sub 2a facie erit pulcher pectus
eius latum testiculi et crura spissa erit
quoque honoratus in familia eius et alti
cordis ¶ Natus sub 3a facie et aliquantulum
brevis stature color eius albus colore
rosseo commixtus. vox eius vehemens amans
mulieres et habebit plenitudinem amicorum
et inimicorum atque morbos plures sibi
timebit ¶ Natus sub prima facie virginis
erit decentis stature corpus eius erectum
et pulcrum erit quoque sanus et acutus eius
capilli non crispi. diliget iustitiam. eius
vox vehemens. sterilis existet sed eius

bona facies eius pulcra erit quia scit de bene dicere. Natus sub 2a fa. erit pulcher apparent oculi eius magni nasus eius pulcher erit quia disciplinabilis et simplex fortis laudarius corde diligit laudari. Natus sub 3a fa. erit pulcher aspectus eius perceptibilis disciplinae veri sensus at simplex et sapiens. Natus sub 4a fa. libre erit pulcre signum et in eius capite vulnus erit quia laborator simplex et disciplinabilis. Natus sub 2a fa. erit pulcher vultus habebit impetus in oculis eritque corde pro voluntarius. Natus sub 3a fa. erit pulcher et erit cognitus at honoratus inter gentes suas. Et qui fuerit natus sub fine istius signi non erit multus seruus [illegible]. Natus sub prima facie scorpionis parvus pulcher existet et habebit signum in capite pectus eius erit latum et habebit signum in pede dextro vel in manu dextra erit quia bene castigat [illegible] districte complexionatus [illegible]. Natus sub 2a fa. caput eius erit magnum existet medium pulcre figure et habebit signum in genu et in dorso et erit bene disciplinabilis sua multiplicatas. Natus in 3a fa. erit brevis stature oculi eius stricti appetens comedere amans mulieres. Natus sub prima fa. sagittarii et pulcre speciei decorus aspectus recte stature diliget bonum [illegible] et magistris secundum [illegible]. Natus sub 2a fa. habebit corpus [illegible] facies tamen eius crocea supercilia spissa et habebit signum in pectore. Natus sub 3a fa. erit longus pulcre faciei oculi eius [illegible] pectus latum et habebit signum in sinistro crure. Natus sub prima fa. capricorni erit corpus eius [illegible] pectus latum et habebit signum in genu et cubito erit astutus disciplinabilis simplex et [illegible]. Natus sub 2a fa. habebit nares longas oculi eius pulcri voluntas ipsius mala [illegible] erit quia homo [illegible]. Natus sub 3a fa. erit pulcher corpore eius tamen facies [illegible] et in eius brachio sinistro erit nota vel in eius genu. festinus in via deficiens [illegible]

vel pugnans pro malo. diliget mulieres bene disciplinae. diliget quia sodales. Qui autem natus fuerit in hoc signo erit filius adulterius et odio signum istud in est minime in naturalibus mulierum valere. Natus sub prima fa. aquarii erit corpore et facie formosus habebit in pectore vel in pede sinistro signum erit quia bene disciplinatus et sodales diliget. Natus sub 2a fa. habebit faciem rubeam et longam. signum habebit in dorso et sub eius cubito erit quia omnibus diebus vite sue in dolore. Natus sub 3a fa. erit stature brevis corpore pulcher facie rosea et erit mulierum amator. Et qui sub fine natus fuerit duas uxores habebit in eius fuga atque domibus suis [illegible]. Qui autem sub prima fa. piscium originem traxerit corpus eius erit album et facies sibi pertinens eius latam barba pulcra frons preclara. oculi eius magis nigri quam albi et forte ad membrum deficiet sibi. diliget dormire erit quia [illegible] ebriosus et habebit signum sub cubito vel in pede. Natus sub 2a fa. erit brevis stature decorus aspectu barba magis pilosus et erit ambulans in [illegible] erit filius hominis. Natus sub 3a fa. piscis erit aspectu preclarus oculi eius pulcri atque morbosus erit.

Et signum planete significat dolorem. Alter dicit quod planete respiciunt membra corporis [illegible] in ipsis signis. Et dicit ipse quod si aliquis planeta significat aliquam infirmitatem sive debilitatem in corpore hominis sit in quolibet signo membrum proprium in quo erit illa infirmitas. Et quia ita est convenit tractare de doloribus planetarum in signis. Et incipiamus ab ariete procedendo secundum successionem signorum et planetarum quod satis planum est in [illegible]. Ideo [illegible] pono exemplum. Pono quod aliquando saturnus significet nato infirmitatem vel debilitatem alicuius membri et sit saturnus in ariete dico quod illa erit debilitas in capite. Et si saturnus sit in tauro erit illa infirmitas in [illegible] et sic ut legere de ceteris signis et planetis. Et hoc quod dicit de nativitate intelligatur de revolutione [illegible] nativitatis vel si mars significet nato in aliquo anno vulneratorum et ipse mars fuerit in ariete vulnus erit de capite. Cum tauro in collo

et sic de ceteris signis et planetis. Ptolomeus vult quod membra in quibus cadunt morbi et ceteras impressiones accipiuntur a figura celi in hora nativitatis vel radicis. ¶ Dicit eciam idem in quadripartito centiloquii ¶ Ceci fiunt maxime in ascendente alicuius nativitatis existente cecatrice in facie vel in capite. ¶ Dicit ibi Haly quod capud est ascendens et domus secunda collum et tertia brachia etc. secundum ordinem domorum et sicut dictum est de signis. De hac materia diffusius loquitur dominus decanus in commento domus.

Sunt quoque in quolibet signo

quedam partes et decani de quibus sequitur singulis gradibus quod sunt in duabus circulis signorum quod sunt 6 vel 7 ubi sunt gradus qui dicuntur masculini et quidam feminini. Quidam qui dicuntur lucidi et quidam tenebrosi. Quidam qui dicuntur putei. Quidam qui dicuntur azemena. Quidam augmentantes fortunam. Et quidam qui dicuntur dsores et sic ista pars est divisa in 6 partes secundum quod primo continet gradus masculinos et femininos, in secunda lucidos et tenebrosos, in tertia puteos, in quarta gradus azemena, in quinta augmentantes fortunam et gradus sublimitatis, in sexta gradus qui dicuntur dsores. ¶ Primo dicit de gradibus masculinis et femininis et facit ex eis unam tabulam. Secundo de gradibus lucidis tenebrosis et fumosis vacuis etc. et continet eos omnes in una tabula. Postea de gradibus puteis et facit similiter unam tabulam etc. Deinde loquitur de gradibus azemena. et dicit quod [illegible] qualitas corporis [illegible] in alio vel aliquo membro vel aliquid talium. ¶ Unde dicit Haly [illegible] libri sui de nativitatibus [illegible] azemena sunt in [illegible] ascendens [illegible] vel dominus ascendentis in azemena [illegible] in illo membro [illegible] quod cadit in parte illius signi. Et notandum quod si sol in nativitate alicuius fuerit in gradibus azemena et debilitatus in oculo dextro [illegible]. Postea dicit quod sunt gradus qui dicuntur augmentantes fortunam et continet eos in libro. Unde [illegible] dicit Haly in tertio 22 capitulo [illegible] ¶ Sciendum quod gradus augmentantes fortunam sunt gradus exaltationis solis et lune et planetarum fortunatorum sicut 19 gradus arietis, 3 tauri [illegible] et fortuna sicut 15 cancri et 27 piscium. Et sunt [illegible] et gradus in quibus sunt stelle fixe de natura fortune et gradus in quibus sunt stelle de natura infortunatorum. ¶ Postea dicit quod gradus qui fuerint eiusdem longitudinis a capitibus signorum mobilium sunt eiusdem fortitudinis et dicuntur dsores sicut 20 gradus capricorni et 10 sagittarii. Isti enim duo gradus equaliter distant a primo capite. Et 20 gradus libre et 10 gradus virginis equaliter distant a capite libre. Et 20 gradus cancri et 10 geminorum equaliter distant a primo cancri. Et 20 arietis et 10 piscium equaliter distant a primo arietis. ¶ Ptolomeus in 3o quadripartiti prima parte dicit astrologi [illegible] locuti sunt de gradibus et diviserunt eos in gradus lucidos et tenebrosos fumosos etc. Et similiter inventa [illegible] bonum [illegible] et forsitan eo quod [illegible] aliquo planeta vel stella vel sit in eo vel in eius radiis et fecit fortunam [illegible] etc. et secundum istam dicit enim commentator [illegible] unus de unoquoque ad aliud videtur quod Ptolomeus non multum approbat istos gradus augmentantes fortunam etc. ¶ [illegible] quod dicuntur lucidi vel tenebrosi propter stellas fixas ibi existentes. Et vult Haly [illegible] est quod gradus augmentantes fortunam sunt illi in quibus sunt stelle de natura fortune. Constat autem quod stelle fixe mutant loca sua respectu zodiaci motu suo. Et ista [illegible] Ptolomeus [illegible] trahi [illegible] debet [illegible] non [illegible] vult [illegible] debet fieri [illegible]. ¶ Albumasar [illegible] libro dicit de gradibus masculinis et femininis. Et si planeta in nativitate [illegible] masculini fuerit in gradibus masculinis vel in nativitate [illegible] feminini in gradibus femininis erit eius significatio fortior. ¶ De gradibus lucidis et fumosis et tenebrosis dicit: si acciderit planeta in gradibus lucidis erit eius significatio fortior et significat honorem et famam [illegible]. Et in gradibus tenebrosis significat [illegible] tarditatem et rem horribilem tenebrosam et malam. Et si ceciderit in [illegible] umbrosis, fumosis vel vacuis significat mediocrem horribilem. Et si ceciderit in gradibus puteis debilitatur eius [illegible] et affectus et debilitatur in significatione sua. Fortune vero [illegible] debilitatur in significatione corporis. Male [illegible] ceciderit in eis debilitatur [illegible] significatio [illegible] fortassis [illegible] fortunam [illegible]

propter debilitatem eorum super malum. ¶ De quibus augmentantibus fortunam dicit. Antiqui putaverunt quod in centro est quod augmentantes fortunam. Et dixerunt quod cum planete fuerint in locis significantibus fortunam nati et fuerint bene vel per se fortunate in hiis [?] aut fuerint ipsi domini affirmantes augent fortunam nati. Et si planete significantes casum isti [?] movent eum ad sublimitatem per aliquam quantitatem quod notandum [?] sublimitatem dicit. ¶ Quidam dixerunt quod cum [?] fuerit aliquis istorum [?] fuerit sol in nativitate diurna vel luna in nocturna in quibus corporis et fuerit in loco [?] in figura. et cum hoc significaverint planete radices nativitatis fortunam producet natum ad sublimitatem et nobilitatem et dabit ei [?] et civitatibus et possidebit divitias multas.

Sed quia auxiliante deo etc. dicit quod per quas complementum et [?] circuli signorum vult tractare de eis [?] dicens quod circulus signatur in hoc [?] figura qui dividitur in 4or partes quas dividit circulus orientis et circulus meridianus. et quelibet istarum quartarum dividitur in 3 partes inequales secundum ascensiones suas in circulo directo et horizonte dividitur totum circulus in 12 partes que dicuntur [?] vel domus cuius expositio est in canonibus tabularum. ¶ Intelligendum sunt duo circuli maiores transeuntes per polos mundi. quorum unus est circulus meridianus. et alter transit per punctum orizontis orientalis. et per punctum oppositum scilicet occidentis orizontis intersecans circulum meridianum super polos mundi. Isti duo circuli dividunt totum celum in 4or partes que quandoque sunt inter se equales quandoque inequales et ut plurimum sunt inequales. Si enim [?] arietis vel libre sit in ascendente iste quarte sunt equales. in omnibus aliis dispositionibus sunt inequales. Et hec intelligenda proportio circuli equinoctialis intercepta inter circulum meridianum et circulum transeuntem per punctum ascendentis dividi in 3 partes equales. Similiter alia portio circuli equinoctialis que est ab ascendente usque ad inferiorem partem circuli meridiani scilicet ad angulum terre intelligitur dividi in 3 partes equales. Deinde imaginentur circuli maiores transeuntes per divisiones predictas et polos mundi. Tunc portio zodiaci intercepta inter quoslibet duos circulos propinquos est una domus et hec est positio [?] ptholomei. Et ista [?] tenet ¶ Est alia imaginatio de domibus quam tenet Abraham avenezre. Et imaginandi transire circulos per divisiones equinoctialis et per intersectionem circuli meridiani et orizontis in parte septemtrionis. Sed quia ista via communiter non tenetur ideo non curo eam multum explanare. ¶ Invenire principia 12 domorum per astrolabium non est difficile primo leviter. Cuius doctrina hic inserta esset longum [?] in tractatu de astrolabio sit potentia sufficiens. Qui autem voluerit hoc scire per tabulas in canonibus tabularum primi mobilis inveniet. Deinde dicit actor Prima domus est ascendens cuius initium est in puncto emisperii ex parte orientis. deinde sequitur 2 domus deinde 3. et sic usque ad 12am.

Quarta autem post etc. hic actor ponit proprietates et significationes circuli signorum [?] divisione eius accidentale. Et dicit quod quarta pars circuli que est ab ascendente usque ad medium celi scilicet 12 11 et 10 domus est orientalis masculina adolescens et significat [?] vite et vocatur puerilis sanguinea vernalis. cetera sunt satis plana.

¶ Postea dicit quod illa medietas que est a medio celi eundo usque ad 4 domum vocatur medietas ascendens. Alia medietas eundo per occidentem usque ad medium celi dicitur descendens. Et tota medietas que est super terram dicitur dextra. et illa que est sub terra dicitur sinistra. Deinde dicit quod prima domus 4 7 et 10 vocantur anguli. Et 2 5 8 et 11 vocantur succedentes angulis. Et 3 6 9 et 12 vocantur cadentes ab angulis. ¶ Deinde addit quoddam notabile et dicit quod cum planeta fuerit in angulo vel in succedenti dicitur proficere aut perficere. Et in cadentibus dicitur deficere.

Et una queque istarum domorum etc. hic actor ponit significationes cuiuslibet 12 domorum. Et tota ista pars potest dividi in 4. quoniam in prima parte ponit significationes domorum quantum ad esse hominum. ¶ In 2 ponit significationes domorum quantum ad colores. ¶ In 3 ponit quasdam regulas que possunt dici [?] phorismi. ¶ In 4 docet eligere significatorem unum [?] rei. ¶ Prima incipit in principio [?] ibi Et significat vita [?] 2a domus [?] ibi. Et [?] in significatione domorum [?] ibi. Et cum volueris scire planetam dominum [?] ¶ Prima potest dividi in 12 partes secundum quod ponit significationes 12 domorum. Et ubi incipiunt patebit. ¶ Prima dicit quod una quaque domus aliquid significat de esse hominum. Nam prima domus que incipit ab oriente que dicitur ascendens significat corpora hominum et vitam et initia operum eorum in [?] ... [?] et ceteris talibus. et significat contrarietatem [?] scilicet quando [?] in [?] et significat etiam vitam.

¶ Et primum dicit hec triplicitas scilicet prima domus
s. vita et naturam nati seu interrogantis et eius
delectationes atque voluptates quid dili-
gat et quod odio habeat. et quod boni vel
mali accidet in initio vite. 2a de triplicitate
hec domus significat vitam et corpus et virtutem et
fortitudinem nati et medium vite. 3a
dicitur significat quid sequitur seu sequitur et 3a significat
finem vite

¶ Ex ista litera potes colligere quod si primus dominus triplicitatis
huius domus fuerit fortior aliis duobus erit prima
pars vite melior et sic de aliis duobus
intelligas. Circa istam domum quedam sunt
notanda. et primo de initio generis propter quod
dicit ptholomeus in 9a propositione centiloquii. Locus fortu-
nis significatoris in ascendente est id quod est in actu
interrogantis. Ideoque cum volueris scire intentionem
querentis vide quis planetarum habet plures fortitudines
in ascendente in illa hora interrogationis et vide in
qua domo sit ille planeta et dicas secundum significationem
illius domus in qua fuerit. Verbi gratia Leo est ascendens. sol
habet plures fortitudines in ascendente et pono quod
sol sit in 2a domo. dico quod intentio sua est quere
de substantia sua vel de lucro vel de aliquo simili.
Et si sol fuisset in 3a dixisse quod vellet pere-
grinari de eo fratrem vel consanguineos etc.

¶ Et si venerit ad te tenens aliquid in
manu sua vel alio tibi occultaverit
et volueris scire substantiam et naturam illius rei
aspice planetam fortiorem in ascendente si aspexerit
ascendens erit de substantia signi ascendentis. Et si fuerit
signum terreum erit de natura terre vel aliqua res
que nascitur in terra. Et si aquaticum erit aliqua
res de natura aque vel que nascitur in aqua.
Et si aereum erit aliqua res de natura aeris
Et si igneum erit res que operatur per ignem etc.
Si vero non aspexerit ascendens planeta ille for-
tior existens in ascendente erit de substantia signi
in quo est planeta res illa ut dictum est de
signo ascendente vel ignea aerea aquea vel
terrea secundum qualitatem signi in quo erit

¶ Et si volueris scire colorem rei aspice
dominum hore et secundum colorem illius iudica. De
coloribus vero planetarum dicetur inferius ubi loquitur
de naturis planetarum

¶ Et si volueris scire utrum res illa nova
sit vel antiqua aspice lunam si fuerit super
terram erit nova. Et sub terra erit antiqua

¶ Et si volueris scire utrum sit longa vel
brevis aspice dominum hore quod si fuerit in angulo terre
Et si fuerit in auge sui circuli erit longa
Et in opposito augis erit brevis Et in
longitudinibus mediis erit inter longum et
breve. Hec est sententia ptholomei 10a propositione centiloquii.
Cum aspexerit significator ascendens etc.

¶ Dixit haly habenragel. Et qui quesierit
a te de vita sua utrum sit longa vel
brevis aspice dominum ascendentis et lunam si fuerint
salvi ab infortunis significant longam vitam
Et si combusti vel infortunati significant parvam vitam

¶ Notandum est circa nativitates scilicet utrum
puer sit vitalis vel non. dicit haly habenragel
quod quando dominus triplicitatis lune de die vult dicere
dominus triplicitatis loci solis si nativitas fuerit
diurna vel signum lune si fuerit nocturna fuerit
in ascendente vel in 10o aut 11 vel 5 signum est
bone ac levis nutritionis. Et si fuerit
in 4 significat in illa duram atque laboriosam
nutritionem. Quando autem dominus ascendentis et lune
erunt dampnati fuerint significat quod non nutrietur
nisi domini triplicitatis fuerint salvi et firmi in
angulis. Quando luna fuerit infortunata nutritionem
non significat Luna in 4a domo iuncta corporaliter
cum infortuna aut eam aspiciens de 4o vel oppo-
sito significat quod non nutrietur Et modo et in parvulo
et forsitan quod morietur Dixit Abraham
avenezre Et dicit astrologus non fuit ...
nato qui non vivet spatio octo dierum Portata
fuit michi nativitas cuius ascendens erat virgo. Et
mercurius in pisces aut ... retrogradus et
combustus et credebam hunc dictum dixi quod puer
non vivet per 8 dies et mortuus est in 6.
die ¶ haly habenragel dicit quod conditio
planetarum in ascendente humiditate non significat
vult dicere quod quando plures planetarum in ascendente
non significat nutritionem. Et post unum exemplum
nobile dicens vocavit me Rex meus cum
et una ex mulieribus suis pepererat filium
et fuit ascendens libra 8. gradus ... ..
et fuit in eo iupiter venus mars et mercurius.
et convenerunt ibi una societas astrologorum
et quilibet eorum suam opinionem dixit Et ego tacui
Rex dixit michi. quid habes cur non loqueris
Cui respondi dare michi spatium trium dierum
quia si filius vester transiverit tertium diem erit

de ipso miraculum magnum. Et quando natus
completas habuit 24or horas posuit se ad
loquendum et locutus fuit et fecit signum cum
manu. Et rex multum expavescebat inde.
Et ergo dixi quod possibile esset quod diceret
aliquod exemplum vel aliquod miraculum.
Et rex venit ad natum cum eo ad audiendum
quid diceret. Et infans dixit: Ego sum natus
infortunatus et natus sum ad significandum
amissionem regni et destructionem gentis
almanaz. Hinc statim cecidit natus et
mortuus est.

¶ De hiis qui moriuntur antequam recipiant
cibum dixit Ptholomeus in centiloquio: Cum aliquod luminare
fuerit in aliquo angulorum et fuerit similiter
aliquis infortuna corporaliter cum eo in longitudine
quod sit cum eo equaliter per gradum vel ipsum aspiciens
in figura duorum laterum equalium nec fuerit
for. cum eo corporator de fortunis et dispositor
loci luminarium similiter fuerit in locis potestatis
infortunarum natus ille non recipiet cibum et
morietur hora qua nascetur.

¶ Dixit Abraham: Cum fuerit cauda draconis
in ascendente nativitatis natus ille erit cecus
et secundum distantiam eius a gradu ascendentis erunt
anni vite eius. Si fuerit in 10o gradu ab ascendente
cecabitur in 10o anno.

¶ Electiones huius domus sunt incipientis rege-
sicut incipere edificare vel aliquod simile.
Dixit Hispalensis in electionibus prime domus:
Si secundum veritatem aliquis caruerit in electione
sua in principio signum in ascendente in quo sunt
infortuna in nativitate sua. Si autem ignoraveris
nativitatem elige secundum naturam rei pro qua fit
electio. Verbi gratia si fiat electio pro incipiendo
scribere aliquem librum fortificetur mercurius.
Si pro eundo ad bellum fortificetur mars.
Si pro edificando ponatur signum fixum in ascendente.

¶ Dixit idem Hispalensis: Volens horam
sanguinis minuendi elige. Fac ut sit luna
in trino vel sextili aspectu martis. Sed
caveas ne sit juncta cum eo corporaliter
vel in 4to vel opposito aspectu. Et fac ut
sit luna in signis humorosis minuendis.

Secunda domus. Hic actor ponit
significationes 2e domus dicens quod 2a domus
significat substantiam et victum et augmentatores
ministros et significat finem juventutis. Unde
Messahala dixit: Vide quid ex tribus dominis triplicitatis
domus substantie sit fortior in se et in loco in quo
est et in figura et habet fortes significatores
substantie. Et si fuerit in 10a domo habebit substantiam
a rege. Si in domo fiducie habet eam in u-
loco erit melius. Domus autem fiducie est domus
substantie regis. Primus dominus triplicitatis dat substantiam
in principio vite quam si fuerit fortunatus dat
substantiam in principio vite. Ita de aliis intelligere.
Similiter dicendum de infortunis eorum quia si
aliquis eorum fuerit infortunatus natus substantiam
suam amittet in illa parte vite sue.

¶ Dixit Hispalensis in tractatibus huius domus:
Considera utrum dominus 2e sit in ascendente
vel det virtutem suam domino ascendentis et non sit in
domo cadente significat natum habere lucrum sine
labore. Et econtrario econtra. Jupiter in natali
si fuerit angularis vel in suo honore
vel habeat virtutem in ascendente vel si aspexerit
partem fortune vel sit dominus domus solis id est
dominus signi in quo est sol in natali diei
vel dominus domus lune in natali noctis vel
sit dominus hore non deerit nato substantia
cum vita sua quia tunc Jupiter est dominus substantie.
Si vero dominus ascendentis aspiciat dominum
substantie vel suam domum vel partem fortune aspectu
inimicicie destruet substantiam in dampno proprio.
Si vero dominus ascendentis fuerit in 2a domo
infortunatus dabit proprio velle substantiam suam.
Si vero sit ibi planeta infortunatus qui non
sit dominus ascendentis recipietur ab ipso vi
sine facto. Si econtrario sit ascendens
natus erit cupidus et avarus quia dominus
ascendentis et dominus 2e sunt idem scilicet saturnus.

¶ Dixit Ptholomeus
in rationibus huius domus res pertinentes ad
lucra substantie et pecunie erunt. Conveniunt
nobis requirere a parte fortune solummodo
quod secundum numerum graduum quod est inter solem et
lunam et proiciatur ab ascendente in nascentibus
de die. Et in nascentibus de nocte econtra.

¶ Unum quod notandum est pro parte fortune secundum Ptholomeum
quod hoc. Extrahatur vero locus solis
a vero loco lune et quod remanserit proiciatur
a gradu ascendentis et ubi finitur ibi est

partis fortune. hoc modo iubet ptholomeus facere sive in die fuerit sive in nocte. Et dicit eciam quod si dominum huius est istis manentem volo dicere accipe prelatum gubernatoris signa.

¶ Haly dicit ibidem quod regula per quam scimus nati dimicias est accipe prelatum gubernatoris locum partis fortune. et per hoc illud quod habet ibi plures dignitates. Deinde dicit ptholomeus et quod gubernatores partis fortune fortes et potentes fuerint erit natus divicias maiorum divicias maiorem si domino linea testificacionem ei testio concordatio ex aspectu trino vel sextili. Et dicit eciam ptholomeus quod si fuerit saturnus gubernator super partem fortune divicie nati erunt ex parte multiplicando per laborem terre vel arte marinaria. Et propter per fenestadia vel per domus bonorum et talium per possessionem. Et mars erit per ducendo milites possessorum. Et iupiter gubernando homines armorum. Et venus per gubernando homines armorum. Et veniunt per domus amicorum mulierum. Et mercurius erunt pro scienciis scribendis. et indiviminis.

¶ Haly dicit quod debemus in hoc primum aspicere ad stellas fixas que sunt prime et secunde magnitudinis et si aliquam illarum invenimus in angulo ascendentis aut in angulo decime domus vel 7. vel 4. aut in angulo solis si nativitas fuerit diurna vel in gradu lune si fuerit nocturna. Et melior horum locorum est ascendens. deinde 10. deinde 7. et deinde 4. Et si de predictis stellis fuerint in duobus locis vel tribus vel pluribus erit hic natus fuerit de genere vel regibus et rex aliorum. Et si non fuerit de genere regali habebit potenciam et mandatum sub mandato et potencie regis et proveniet ad magnam nobilitatem et ad altum dominium et propter civitatibus et villis et cetera.

Scias quod stelle fixe. sunt primi honoris. elevant hominem ad altum gradum et maiorem dignitatem et remunerat de infimo ad summum premium. hoc idem dicit ptholomeus in 2 capitulo centiloquii Stelle fixe dant dona gradiaria modum excedencia. sed interitum serviunt in malum

¶ Dixit haly in commento eiusdem capitulo. Cum hee stelle sole prefuerint in premio sine testio planetarum fortunatarum erit mors illorum mors pessima. Dicit haly habens et cum partis fortune fuerit cadens in malo loco vel fuerit sub radiis solis aut radiis infortune

et dominus eius in loco in quo nulla sit dignitas et dominus 2e domus non aspexerit ascendens natus erit laboriosus et pauper et angustiosus et misera vita vivet. Non est bonum sol neque mars neque saturnus in 2a domo in aliqua nativitate. Vides modo natus bonum habere quia sol destruit prelatum et aufert eius lumen Et mars est signator impedimentorum laborum et signat destructionem substancie. Saturnus signat paupertatem et indigenciam. et peius hoc totum est si dominus domus substancie fuerit combustus eidem dampnatorum partis fortune

¶ Dicit habraam. Cum volueris scire quando nascendum erit pauper vel dives. Aspice dominum 2e domus et si fuerit fortunatus erit dives. Et si fuerit retrogradus combustus vel casu suo erit pauper. Et sicut dictum est in nativitatibus sic illud in questionibus

¶ De electionibus quod sit in hac domo.

Dixit hyspalensis. Cum volueris emere aliquam rem cum lucrando. Aspice ut sit luna in aspectu trino vel sextili solis et melius est ut dominus ascendentis det virtutem planete existenti in 10 vel in 11 domo ita quod recipiens non sit retrogradus. Et si iupiter fuerit in ascendente aut in 10 vel 2 vel 11. bonum est. Aspice eciam ut sit pars fortune in bono loco. et melius est ut dominus partis eam aspiciat vel luna vel sol cum suffic.

[margin:] astrorum

Sicut etiam 12 domus colores habent
sic sunt signationes 12 domorum quantum
ad colores. Et dicit quod prima domus et 7a
sunt albe. 2a et 12a sunt virides. 3a
et 11a crocee. 4a et 10a rubee. 6a et 9a
habent colorem mellis. 5a et 8a sunt
nigre.

Postea dicit quod quelibet planetarum habet in aliqua
istarum domorum quandam potestatem accidentalem
que vocatur gaudium. Nam unusquisque gaudet
in aliqua. Luna gaudet in 3a domo. Venus in
5a. Mars in 6a. Sol in 9a. Jupiter in 11a. Et
Saturnus in 12.

Deinde dicit quod anguli significant fortitudinem
et perfectionem. Cadentes vero ab angulis
significant debilitatem et detrimentum. Excepto
quod 9a domus et 3a significant rem aptam et deteriorem
in fama. Et hoc est ideo quia sunt gaudia
luminum. Et 12a et 6a significant occultationem
et bellicositatem. Et hoc quia sunt gaudia in-
fortunatorum.

Postea dicit quod anguli et domini ipsorum
angulorum significant magnitudinem honoris
et fortune et elongationem a causa infortunii.
Et domini duorum angulorum in cadentibus
ab angulis significant infortunium et dolorem et
casum.

De succedentibus angulorum vide de 11a domo
que succedit 10e et eius domino dicit quod significat fortunam
mediam ex parte amicorum et eorum in quibus
erat fiducia. De 5a et eius domino dicit quod
significat fortunam mediam per donationem et ex-
enia et per causas filiorum etc. Et 2a domus et
eius domus significat fortunam mediam ex causa substantie. Et
ministrorum et auxiliatorum. Et 8a domus et
eius domus significat fortunam mediam ex substantia que
habetur a mortuis et a rebus occultis.

Postea ponit significationes duorum angulorum
cum fuerit partes in ipsis angulis. Et dicit
quod prima domus ascendentis in ascendente significat fortunam
eius per semetipsum et per propriam acquisitionem.
Si fuerit in 10a significat acquisitionem per regem et
magistrum. Si in 7a per contentiones uxorem etc.
Si in 4a per hereditates et causa patrum. Et per
ponctionem agrorum per populationem terrarum
et ex rebus antiquis et radicalibus.

Domina domus 10e in 10a domo significat fortunam
per regem et regnum magnum et magnitudinem altam.
Et si fuerit in 7a significat regnum per victoriam
et concionem. Et per causas uxorum. Si in 4a significat

[right column, top:]
ficias hec in memoria. Via est de rebus
subtilioribus in iudiciis astrorum.

[margin:] Domina domus cadentes ... significat ... domus et locum ... ubi fuerit significat

regnum per causas ministrorum regis et per cultus
terrarum per edificationes civitatum et ductus
fluminum et per custodias civitatum et ex
rebus antiquis. Si fuerit in ascendente significat
regnum per ingenia et propinquitatem regis
et ex rebus vulgi. Domina domus 7e in 7a significat
fortunam per negotiationes commodationes et
depositiones mulierum et per fautores. Si in
4a significat fortunam per mutationes et negotiationes
et per causas patrum et hereditatem et cultus terrarum.
Si in ascendente significat fortunam per contentiones et negotia
et per causas medicine et astrologie et per opera
spiritualia atque magica et similia. Si fuerit prius
in 10a significat fortunam per mutationes et negotiationes
et per uxores et causas regum. Domina
domus 4e domus in 4a significat fortunam ex fructu
per causas patrum atque partes antiquas. Si in
ascendente significat fortunam ex cultu terre et
fructu et per profunditatem cordis sui in agendis.
Si in 10a significat perfectionem ex fructu terre
et cultu et per causas regum et magnorum.
Si fuerit prius in 7a significat fortunam ex fructu
terre et cultu et per causas mulierum et
ex parte uxorum et sociorum et per negotiationes. [margin:] uxorum
Deinde dicit et hec que diximus significant domini an-
gulorum cum fuerint partes in ipsis angulis. Et ve-
ritas, quod de angulis ita dicas de aliis domibus
suo sui naturam cuiuslibet domus. Et dicit quod ideo modo
dixi tantum duorum angulorum ut sint exemplar [margin:] non
in aliis.

Et cum volueris scire planetam dominatorem etc.
hic actor docet eligere significatorem in rebus.
Et dicit quod primo debemus aspicere ad domum in
qua est natura illius rei cuius querimus significatorem.
2o debemus aspicere ad planetam qui de sua
natura significat illam rem ubicumque. Si significatio fuerit
de substantia debemus aspicere ad secundam domum
que natura significat substantiam. Et cum hoc debemus aspicere
ad Iovem qui de propria natura significat substantiam. Et
si significatio fuerit de muliere debemus aspicere ad 7am
domum que est domus mulierum et cum hoc ad
Venerem que de sua propria natura est significatrix
mulierum et sic de aliis secundum proprias naturas
domorum et planetarum. Est tamen intelligendum
quod planetam quem eligimus ex parte domus
debemus tenere pro significatore principali
et planetam qui significat naturam rei debemus facere
participem in significatione. Et summa huius talis
est cum volueris scire planetam dominatorem vel

unus planeta est in signo eodem cum alio vel
in 4° vel in 7° vel in 10. dicitur esse in angulo
ab ipso. ¶ Et si fuerit in 2° signo vel in 5°
vel in 8 vel in 11 dicitur esse in succedenti
ab ipso. ¶ Et si fuerit in 3° signo vel 6° vel 9° vel 12°
ab ipso dicitur esse in cadenti ab ipso. ¶ Fiunt
¶ Fiunt etiam fortune quando separantur ab una
fortuna et iunguntur alteri. Aut quod sunt inter
radios duarum fortunarum. Et hoc a quibusque
vocatur Vendicio. ¶ Fiunt etiam fortune
quando fuerint uniti cum sole in eodem gradu.
Aut quod sint in eius aspectu trino vel sextili
vel in aspectu trino vel sextili lune.
Aut sit aucta numero et lumine. Et sunt
in aliqua dignitatum suarum. Vel in suo apz.
¶ Fiunt etiam fortiores quando ascendunt in circulo
augis. Et quando sunt septentrionales. Vel
ascendunt in septentrionem. Fiunt fortes
etiam quando sunt in statione secunda euntes ad di-
rectionem. Similiter quando exeunt de sub radiis
solis. Et quando sunt in angulis vel succedentibus.
¶ Et tres superiores fortificantur quando sunt
orientales. Et si aspiciat solem a-
spectu sextili vel trino augmentatur corporis
fortitudo. Similiter quando fuerint in quartis vel signis
masculinis. ¶ Solis fortitudo augmentatur
in quartis et signis masculinis sibi ꝑtē
in libra. Ibi enim non fortificatur propter casum
ab exaltatione sua. Licet sit in signo et
quarta masculina. ¶ Et tres inferiores
planete cum exeuntes fuerint a radiis
solis fortificantur quando sunt occidentales
a sole. ¶ Et cum fuerint in signis et quartis
femininis. ¶ Et luna fortificatur cum fuerit
in nocte super terram. Et in die sub terra.
¶ Et cum fuerit in signo et loco suo. Et
etiam cum fuerit in exaltatione solis scilicet
in ariete.

De infortuniis vero planetarum et de-
structione corporum. ¶ Dicitur quod quando planete fiunt
infortunati scilicet quando sunt in aspectibus
malorum et in coniunctione corporali.
Ita quod inter eos et radios mali sit minus
toto unius planete. ¶ Similiter quando sunt in terminis
malorum. Aut cum coniuncti dominis. ¶ Infortunantur
similiter quando infortune elevantur super ipsos
ita quod infortune sint in 10° signo
ab ipsis. Super quo intelligendum est quod planeta existens
in 10° ab alio dicitur elevari super ipsum
sicut existens in 10. domo elevatur super
ascendens. Et si istud fiat sine receptione
est peius. ¶ Exemplum. Cum iupiter in principio sagittarii
et saturnus in principio virginis. In hoc casu
saturnus elevatur super iovem. Virgo enim est
10m signum a sagittario. ¶ Infortunantur similiter
quando sunt in coniunctione vel oppositione vel in
4° aspectu solis. ¶ Infortunantur etiam quando
sunt in capitibus suorum eccentricorum. Aliter cum est
in intersectionibus descendentium corporum cum ecliptica
sive in capite vel cauda draconis
corporum. Vel prope loca per 12 gradus vel infra
maxime si in hiis locis luna fuerit ipse
dicta ab eis. Vel sol. Similiter sol vel
luna sit eis in hiis locis. Vel aspi-
ciat eos aspectu inimico. ¶ Ratio autem
quare infortunantur in hiis locis est quia possit
ibi eclipsari. ¶ Infortunantur etiam quando sunt
distantes a sole per 12 gradus ante vel retro.
¶ Et quando fuerint inter corpora vel radios
duorum malorum ita quod separentur ab uno
et iungantur alteri. ¶ Aut quod fuerit malus
vel eius radius in signo quod est ante eum
et alius malus vel radius eius in signo quod est
post eum. Tunc enim dicitur obsessus. Eodem
modo de signis quod sint obsessi quando unus
malus est in eius principio et alter in eius fine.
¶ Etiam quando sol vel fortuna aspicit pla-
netam vel signum obsessum aspectu 3°
vel sextili ita quod aspectus sit prope ante gradus
vel infra tunc per talem aspectum solvitur
obsessio. ¶ Infortunantur similiter quando sunt retrogra-
di. Aut combusti. Aut cadentes ab angulis.
¶ Similiter quando sunt tardi cursus quod est quando
vadunt minus medio motu corporum. Et
quando sunt in statione prima euntes ad retrogradationem.
Aut quod sit in gradibus tenebrosis. ¶ Aut quod
planete masculini sint in signis vel quartis

scilicet et de die sub terra et in nocte super
terram. Aut secundum signa et quartas masculinas
et in die super terram et in nocte sub terra.
Secundo eundem Zerahel suo libro scilicet
eorum debilitantur etiam sine infortunio quando
sunt in locis oppositis dignitatum eorum, ita
aut quod sit in latitudine meridiana ab ecli-
ptica. Similiter destructores in eadem latitudine
meridiana. Aut secundum unam divisionem a medietate
libre usque ad medium scorpionis. Aut quod sint
applicati planetis retrogradis combusti quando non
sunt recepti. Et tres superiores debili-
tantur cum fuerint occidentales a sole et in
quartis feminis. Et sol debilitatur in signis et
quartis feminis nisi sint in domo [illegible] quia in illa
gaudet. Et tres inferiores scilicet venus mercurius
et luna debilitantur in signis et quartis
masculinis.

Et dicit de planetis quod sunt quedam
eorum se invicem diligentes. Et dicit
quod quidam planete diligunt se invicem et
quidam habent se odio et hoc est planum.
Et sic completa est expositio tercie differentie
Alkabicii introductorii ad iudicium
astrorum.

DRIA. 4ᵃ in expositione nominum
astrologorum et sunt nomina quibus
utuntur magistri iudiciorum de doctri-
na applicata ad opus. Et partitur ista
differentia in 16 partes secundum 16 capitula
que ponit auctor. Primum capitulum loquitur de
coniunctionibus magnis et mundi. Capitulum 2m
docet invenire quantitatem annorum nativitatis.
3m docet eligere locum vite in nativitatibus.
4m docet eligere datorem annorum vite in nativitatibus.
5m invenire datorem nati qui facit duo
post hylech et alcocoden. 6m de profectu
annorum nativitatis et mundi. 7m dirigere
significatorem quemlibet ad quemlibet locum circuli.
8m dirigere quod assumitur in nativitatibus.
9m docet invenire 12 partes domorum.
10 docet invenire novenarias. 11m docet
invenire sive eligere duodenarias. 12m docet
invenire divisionem orbis. 13m docet dispositionem
annorum firdarie in nativitatibus. 14m docet invenire
et cognoscere quos planetas clavium super alterum.
15m docet invenire quando fit azemena portarum.
16m loquitur de horis sortis et fortitudinum
et ubi planete incipiunt pollere in possessu.

In primo capitulo loquitur de coniunctionibus magnis
[illegible] quod coniunctiones magne sunt
res significantes destructiones seu mutationes
quas videmus hoc seculo. Et sunt 3 modo. Prima
quam maior est coniunctio saturni et
iovis in primo arietis et hec fit in 960
annis semel. Secunda coniunctio est mutatio saturni
et iovis et fit de una triplicitate ad aliam
et hec fit in 240 annis semel et quando
venit coniunctio eorum ad aliquam triplicitatem antequam
exeat illa triplicitate 12 coniunctiones in
illa [illegible]. Coniunctio saturni et iovis mutata
est in triplicitate aerea. Et triplicitas in signo geminorum
anno domini 1325 ab illo tempore in 20 annos scilicet
anno domini 1345 coniunxerunt in aquario et ab
illo tempore in 20 annos coniungentur in libra
et postea in geminis. Et ita secundum hunc ordinem
dicet in hiis tribus signis duodecies coniungentur.
Et si multiplicaverimus 12 per 20 inveniemus
240 annos per quos coniunctio mutabitur et
ad triplicitatem aqueam ubi stabit similiter per 240
annos. Et ita intelligere de aliis triplicitatibus.
Et nota quod sicut dixi quod coniunctio maxima
redit in 960 annis ad principium arietis.

ad tempus eius medium. Ista coniunctio mutat
triplicitatem. Illa alia tamen non redeunt
ad principium eiusdem nisi post 960 annos.
Tertia coniunctio est coniunctio martis et satur-
ni in cancro que fit in quibuslibet 30 annis.
Quarta coniunctio iovis et saturni in quolibet signo
fuit et hec fit in 20 annis semel.
Quinta coniunctio est introitus solis in primum
minutum equinoctii vernalis id est in primum arietis.
Sexta coniunctio est coniunctio solis et lune et coniunctio
oppositio. Et nota quod quando dicitur astrologus annus
magnus intelligitur de ascendente in hora
introitus solis in arietem in illo anno
in quo debet fieri illa coniunctio. Vel sic:
Coniunctio iovis et saturni fuit in geminis
anno domini 1324. et ascendens hora introitus
solis in arietem in illo anno fuit 13 gradus
tauri et [illegible] ascendens illius coniunctio-
nis. Iste coniunctiones que dicte sunt vocantur
coniunctiones magne. Alie multe sunt coniunctiones
planetarum quarum numerus est 120 secundum ptolomeum
in suo centilogio. Dicit enim sic:
Non obliviscaris esse 120 coniunctiones
que sunt in stellis erraticis. In illis
enim est maior scientia eorum que fiunt in mundo
[illegible] generationis et corruptionis.
Habes ergo videre in coniunctionibus [illegible].
Et dicitur quod sunt coniunctiones binarie ternarie
quaternarie quinarie senarie
et septenarie. Binaria autem coniunctio
est quando duo planete tantum coniunguntur. Et hoc
potest 21 modis variari. Ternaria
est quando 3 planete coniunguntur et hoc potest variari
35 modis. Quaternaria est quando 4or
planete coniunguntur et hoc potest variari 35
modis. Quinaria est quando 5 planete simul
coniunguntur et hoc potest variari 21 modis.
Senaria coniunctio est quando sex planete coniunguntur
simul et hoc potest variari 7 modis. Septenaria
non est nisi una scilicet coniunctio omnium
7 planetarum. Et si computamus et addimus
hos modos predictos ad invicem invenies
120. Cum autem volunt singulas natu-
rare invenient mutatas [illegible] temporis
alterare.

Ad hoc animadverte. Docet hic
investigare gradum ascendentem alicuius

nativitatis supposito quod sciat signum ascen-
dens gradus. Et hoc docet secundum mathematicum
ptolomeum in 34 proposito centilogii ubi dicit:
Almuten super locum coniunctionis vel pre-
ventionis est in consilio eorum angulus ex angulis
omnis nativitatis humane qui fuit in illa co-
niunctione vel preventione. Et omnis quoniam non est
[illegible] gradum almuten super locum coniunctionis
vel preventionis non est angulus alicuius nativitatis
humane. Unde littera talis est:
Cum volueris invenire gradum ascendentem alicuius
nativitatis. Considera coniunctionem vel preventionem
solis et lune que precessit nativitatem. Nam
si coniunctio immediate precessit nativitas dicitur coniunctionalis.
Si vero oppositio precessit dicitur preventionalis.
Sit ergo nativitas coniunctionalis. Vide
gradum in quo coniunguntur luminaria scilicet gradum
zodiaci in quo fit illa coniunctio precedens
illam nativitatem. Et vide quis planetarum sit
fortior in illo gradu per multitudinem testimoniorum.
Ille est almuten super locum coniunctionis.
Equa ergo illum planetam ad horam nativitatis
cum equato ascendente ad horam
nativitatis secundum estimationem. Ita tamen quod sis
de signo ascendente certus. Et in eo deficientes
in signo hec regula non valet ibi. Habito
signo ascendente hore nativitatis considera utrum
locus planete que est in tali dispositione
sit propinquior gradui ascendentis vel gradui 10
domus. Cui eorum fuerit propinquior fiat angulus
faciens similis gradui planete. Hoc est pone
tot gradus signi existentis in angulo quot gradus
pertransiit planeta de signo in quo est. Et
ut auditoribus pateat [illegible]. Pona
exemplum. Pono quod nativitas sit coniunctionalis et
coniunctio precedens eam fuit in 6 gradu aquarii. Video
quod saturnus est fortior in illo gradu. Equo igitur
saturnum ad horam nativitatis et pono quod inveniam
eum in 20 gradu [illegible]. Video quod saturnus in hoc
tamen est propinquior ascendenti quam medio celi
secundum ascensionis estimationem. Faciam igitur angulum
ascendentis ad similitudinem gradus saturni. Hoc est
quod ponam 20 gradum libre in ascendente. Et
si fuisset propinquior medio celi fecissem
angulum medii celi 20 gradum signi ubi [illegible]

exitus ¶ Si ante nativitatem fuit coniunctio luminarium operaberis per gradum oppositionis sicut dixi de gradu coniunctionis scilicet in illo qui pluralitatem habuerit plures fortitudines in gradu oppositionis ¶ Sed dubium est de gradu coniunctionis cum in coniunctione sol sit in uno gradu et luna in gradu opposito ¶ Sed quare gradum debet accipere per gradum coniunctionis utrum gradum solis vel gradum lune. Ptolomeus dicit quod debemus accipere gradum illius luminaris qui fuit super terram ¶ Sed restat dubitatio quando unum luminare sit in oriente et aliud in occidente et sic neutrum erit super terram nec sub terra ¶ Dicunt auctores quod quidam sapientes dixerunt quod nos debemus operari per gradum illius luminis qui fuit dominator.

¶ Dicit enim Ptolomeus quod si plures planete fuerint in eodem loco coniunctionis vel oppositionis ita quod duo vel tres planete in loco illo habuerint equales fortitudines tunc debemus accipere illum qui fuit in suo hayz. ¶ Et si quilibet eorum fuit in suo hayz debemus accipere illum qui velocior in motu debet ad medium esse i. qui citius intrabit signum in quo habet plures fortitudines quam in illo signo in quo est ¶ Et si fuerint omnes tales elige illum qui soli fuit propinquior dummodo non sit combustus.

Iuxta istam partem notandum est quod alius est modus investigandi gradum ascendentis nativitatis et iste modus accipitur a sententia Ptolomei in li. quadripartiti astrologii ubi dicit ¶ Locus lune in nativitate est gradus ascendentis de conceptione in hora casus spermatis in matricem et locus lune in hora casus spermatis est gradus ascendentis nativitatis ¶ Est etiam intelligendum ad evidentiam dicendorum quod more infantium in ventribus matrum non sunt equales secundum quod dicit Haly in dicto proposito Ptolomei.

no. ¶ More autem sunt distincte in tres scilicet in maiorem mediam et minorem et in diebus ¶ Minor autem mora durat 258 dies ¶ Media mora durat 273 d. ¶ Maior autem mora durat 288 dies ¶ Et differentia inter maiorem et minorem moram sunt 30 d.

Istud est intelligendum de hiis qui nascuntur secundum cursum naturalem ¶ Et ab abortivis et de hiis qui nascuntur in 7 mense [illegible] non tenet ¶ Quantitas autem more infantis in ventre accipitur a loco lune in figura hore nativitatis ¶ Si enim hora nativitatis luna fuit in principio 7 domus super terram tunc infans fuit in ventre matris per moram minorem scilicet per 258 dies ¶ Et si luna fuit hora nativitatis in gradu ascendentis tunc infans stetit in ventre per moram mediam scilicet per 273 dies ¶ Si vero fuit hora nativitatis in fine 7 domus scilicet in parte occidentali sub terra tunc infans stetit in ventre per moram maiorem scilicet per 288 dies ¶ Et nota quod cum luna in nativitate fuit in parte occidentali si astronomus credit eam super terram que est sub terra vel e converso errabit in hora conceptionis per 30 dies ¶ Si vero luna fuit super terram elongata ab occidente i. inter orientem et occidentem mora in ventre est maior mora minori et minor media ¶ Ita tamen quod est maior minori secundum quantitatem elongationis lune ab occidente ¶ Et si luna fuit sub terra elongata ab ascendente mora est maior mora media secundum quantitatem elongationis lune ab ascendente ¶ Cum secundum hoc autem volens gradum ascendentis alicuius nativitatis invenire ¶ Constitue ascendens hore nativitatis secundum existimationem propinquiorem quam poteris ¶ Et equa lunam hora illa et vide in figura si ceciderit in principio 7 domus tunc subtrahe ab hora nativitatis 258 dies et remanebit hora conceptionis ¶ Si vero ceciderit inter 7 domum et ascendens scilicet super terram vide per quot gradus sit elongata a gradu occidentis et pro quibuslibet 12 gradibus accipe unum diem ¶ Et pro residuo graduum qui fuit in residuo de 12 accipe duas horas Quos dies et horas adde super moram minorem i. super 258 d. et totum subtrahe ab hora nativitatis et remanebit hora conceptionis ¶ Si vero ceciderit inter ascendens et 7 domum scilicet sub terra Considera quantum sit elongata a gradu ascendentis et pro

quibus scilicet 12 gradus accipe unum diem. Et
pro quolibet gradu residuo duas horas secundum numerum
inter et horarum precedentem adde super mora
media. et totum subtrahe ab hora nativitatis
Remanent hore deceptionis. ¶ Hora quidem deceptionis
tocius equalitatem ad illam horam qua graduum
in quo nativitas fuit fuit ascendens in hora
nativitatis. ¶ Licet hec regula sit vera
secundum intencionem fere omnium sapientum. videtur tamen
mihi quod et quasi quod non sufficit ad investigationem
gradus ascendentis nativitatis in quo non habeo gradum ascendentem
nisi per extractionem supposito eo scilicet
elongationem lune a gradu die occidentis
vel ab ascendente. Et si ignorem gradum ascendentem
qui iam dictum gradum oriente. quomodo potero
scire distanciam lune ab aliquo illorum
nescio. Postea quod extimacio mea deficiet
fiet per 12 gradus distans ab occidente
vel oriente erit differencia per 12 gradus
Et per illos 12 gradus debet accipi una
dies et sic differet hora deceptionis
in una die. Ultimum differencie scilicet in
quod ascendente erit quotiens luna movetur in
uno die ¶ Nota tamen quod revolucionis
vel a gradu lune vel dierum debes scire
tamen ab anno bissextili. quia aliter
erit error in opere unius diei.

Aphet vel hylech ¶ Hic docet elegere
hylech. i. significatorem vite in nativitate. Regula
Belemi brevis est talis. Si nativitas fuit
diurna sic debes accipere significatorem a sole
et si inveneris ipsum solem in 4 gradibus que
ascendunt super orientem. scilicet in fine
12 domus. aut si invenis ipsum in 10 domo
vel in 11. accipies solem pro hylech. sive
fuerit in signis masculinis sive femininis
Si vero non fuerit in hiis locis debes
aspicere si fuerit in 1. 8. vel 7. domo in signo
masculino accipies ipsum pro hylech. ¶
Si vero in hiis tribus locis ad dictis
scilicet in 1. 8. vel 7. erit in signis femininis
non erit aptus ad hoc quod erit hylech.
¶ Si sol non fuerit hylech aspicies
ad lunam. Si eam inveneris in ascendente
vel in 2 vel 3 domo. aut in 7. vel 8.

domo. ipsa erit hylech. sive fuerit in signo
masculino sive femineo ¶ Si non fuerit in hiis
locis aspice si eam inveneris a gradu
ascendentis per 4 gradus vel infra. aut in
10 7 vel 4 domo. in signo femineo ipsa ad hoc
erit hylech. Si in hiis locis fuerit in signo
masculino non erit apta hylech ¶ Si
nativitas fuit in nocte. debes incipere
primo a luna. et si inveneris eam a gradu
ascendentis occidentis per 4 gradus vel infra id est
in illis 4 gradibus qui sunt sub terra ex parte
occidentis. aut in aliquo aliorum locorum
predictorum secundum modum dictum ipsa erit
hylech. ¶ Et si non fuerit apta aspicies
solem qui si fuerit a gradu 1. domus per 4 gradus
vel infra. scilicet sub terra. vel fuerit in 7
vel 4. domo aptus erit hylech in quocumque
signo fuerit ¶ Et si fuerit in ascendente vel
in 2. domo in signo masculino erit aptus
hylech. In femineo vero non ¶ Si luna
non fuerit apta hylech. aspice si domus
precessit nativitatem vel oppositio. quod si precessit
coniunctio. aspice gradum coniunctionis scilicet
illum gradum in quo luminaria fuerunt iuncta
ante nativitatem ¶ Et si inveneris ipsum gradum
in aliquo 4 angulorum vel in aliquo succedente
illud accipe ipsum pro hylech. Et si non
fuerit sic. Aspice ad gradum partis fortune
qui si fuerit in aliquo angulorum vel succedentium
debes ipsum accipere pro hylech ¶ Si vero
non fuerit in aliquo horum predictorum locorum
debemus ultimo accipere gradum ascendentem
illius nativitatis ¶ Si autem oppositio precessit
nativitatem debes aspicere ad gradum oppositionis
sicut dixi de gradu coniunctionis Et
postea ad partem fortune. ultimo ad gradum
ascendentem illius nativitatis ¶ Et oportet
in gradu coniunctionis vel preventionis vel partis fortune
aspicere utrum sint masculina vel
feminina ¶ Et sic apparet quod sol potest esse hylech
in die et in nocte super terram in certis locis
et sub terra in quibusdam ¶ Et luna potest
esse hylech sub terra in certis locis et super

terram in h. locis. Sed si aut luna in
aliquo predictorum locorum fuerit combusta sub
radiis solis. non erit apta hyleg. ¶ Et
cum fuerit dominus termini secundum doctrinam ca-
nonum super tabulas astrolabii et tabularum
signorum mobilium ¶ Domus prelata qui fuerit
inter ascendens vel aliter secundum Alcocii(?) domus
super h. terram vel infra. erit fortior et valebit
in domo que succedit. ¶ Et de locis ex
locis predictis non potest esse hyleg nisi aspiciat
eum prelata habens dignitatem in loco illo. s.
quod sit dominus domus vel [illegible] exaltationis. et ei
aut faciet ¶ Circa eum secundum precedentia
ad pauca verba.

¶ Quecumque sint loca a quibus accipitur
hyleg. i. significator vite vel longevitatis. Tria
sunt haec sol. luna. et conductor vel
finitor. et pars fortune et ascendens
nativitatis. ¶ Et si nativitas fuerit diurna incipe
primo a sole. ¶ Si vero fuerit in locis
non aptis secundum quod dictum est aspicienda
est luna. et si non fuerit apta. aspiciendus
est conductor vel finitor. ¶ Et si non fuerit
apta aspicienda est pars fortune. Et si non
fuerit apta aspiciendum est ascendens nativitatis.

¶ Ptolomeus vult quod hyleg
nunquam debeat accipi ab aliquo loco ex-
istente sub terra ¶ Tamen sit. ¶ Et non
convenit vel opertum in h. tam nobile sicut
ita quod illud totum quod est sub terra. Sed
secundum illud quod ascendit et apparet super
terram. Nec convenit nos operari per signum
quod ascendens non aspicit. Nec per signum quod
ascendit ante ascendens quia domus. 12. ab oriente
a domo 12. quia est cadens ab angulo. et plus
etiam quia propter fumositates que elevantur ab
humoribus terre turbant visum et quod videt
ab ea ad terram ex spissitudine elongationis
sua et dampnat eum propter quod apparent
colores et magnitudines stellarum existentium
in hac domo aliquo modo minores quam fuerint
per naturam eorum.

¶ Albohali Haly Abenragel dicit quod sapientes sunt
in hoc plurimum discordes. ¶ Tamen in quo
maior pars concordatur est quod incipiunt

per nativitatem diurnas a sole aspicias
si est in aliquo 4 angulorum vel succedentium in
signo et quarta masculina. et aspexerit aliquam
dignitatem suarum erit hyleg. ¶ Et si
ita non fuerit nec aspexerit aliquam
dignitatem suarum non erit aptus per hyleg
¶ Requires tunc hyleg a luna. et si
eam inveneris in angulo vel succedente in signo
et quarta feminina et aspexerit aliquam dignitatem
suarum accipe eam per hyleg. Alioquin
non erit apta ¶ Sed ut aspicias nativitatem
si fuerit coniunctionis. accipe hyleg a gradu
coniunctionis ¶ Et vide aliquem habens ibi aliquam
dignitatem aspexerit et illum accipias
eum per hyleg. ¶ Et si tamen ascendens non fuerit
aptus inquire hyleg a parte fortune
¶ Et si non fuerit apta per quaeres a loco
coniunctionis vel preventionis precedentis nativitatem
¶ Et si non fuerint apti. ostendit nativitas non
habere hyleg. ¶ Et oportebit te necessario
reducere ad dirigendum per athacir loca
hyleg ad loca infortunium et ad radios
eorum et ubi inveneris locum finis.

¶ Et si nativitas fuerit nocturna perquires
primo hyleg a luna sicut descripsi
requirere de die a sole. Et si eam inveneris
in angulo vel succedente in signo femino et quarta feminina
et aspexerit aliquam dignitatem suarum ipsa
erit hyleg. ¶ Alioquin perquires hyleg a
sole si fuerit in angulo vel succedente in
signo et quarta masculina et aspexerit eum
aliquis habens dignitatem ibi accipias
eum per hyleg. Alioquin non erit aptus
¶ Et si nativitas fuerit preventionis tunc
perquiras hyleg a parte fortune sicut per
quisisti a luna et a sole. Et si pars fortune
non fuerit apta perquiras hyleg a gradu ascendentis
¶ Et si aliquis eorum non fuerit aptus
per hyleg perquire hyleg a gradu coniunctionis
vel preventionis precedentis nativitatem ¶ Et si
fuerit in angulo vel succedente et fuerit
aspectus ab aliquo habente ibi dignitatem.
ex h. dignitatibus accipe eum per hyleg
¶ Et quando sol fuerit hyleg et non habuerit

primo domus 2 et 3
deinde 5 8 et 9 — sunt quarte feminine.
10 domus 11 et 12
deinde 4 et 6 — sunt quarte masculine.

nō
i
nō
i
i

alcocoden. propter quod est hyleg a quo dicitur aspheta
si nativitas fuerit diurna. Et si signum illud non
fuerit hyleg propter eo quod non habet alcocoden in
signo in quo est hyleg a parte fortune tunc si na-
tivitas fuerit nocturna principaliter incipe similiter a
parte fortune. Et si ipsa fuerit hyleg et
non habuerit alcocoden in signo in quo est hyleg a quo
asphete. Et si fuerit hyleg et non habuerit
alcocoden aliquis horum predictorum hyleg
a quo coniunctionis vel preventionis precedentis nativitatem.
Et si nullus eorum habuerit alcocoden sicut
nativitatis non habet hyleg nec alcocoden et
significat modicam vitam et parum durabilem.
Et scias quod in hyleg que requiruntur
ab asphete et a parte fortune et a coniunctione
vel preventione non aspectus necessitas vel
feminitas signorum nec comparatio. Et
dicit maior pars sapientum quod licet in signo domo
apta est ad hyleg quia gaudet in ea
et dicunt similiter quod sol in signo domo conveniens
est hyleg quia gaudet ibi.

Quid sit alcocoden. In hoc capitulo
docet invenire alcocoden qui est dator
qui est dator annorum vite / Et in alcocode-
talis est. Et si volueris scire quis planeta
est dator annorum debes respicere quis planeta
habeat plures fortitudines in loco hyleg
Ut si sol fuerit hyleg debemus respicere planetam
habentem fortitudinem in loco solis. Et si luna
fuerit hyleg debemus aspicere planetam fortio-
rem in loco lune et ita de aliis. Et si
talis planeta aspexerit locum hyleg quocumque
aspectu debemus ipsum accipere pro alcocoden.
Si vero non aspexerit debemus aspicere
aliud post illud scilicet planetam qui habet in
loco hyleg aliquas fortitudines minores.
Nota. Si unus habeat in loco hyleg sex
fortitudines et alius habeat ibi 2 vel 4 fortitudines
si primus non aspexerit non poterit esse alcocoden.
Et si alius etiam non aspexerit debemus
iterum aspicere ad aliud habentem pauciores
dignitates et sic debemus procedere donec in-
veniamus aliquem aspicientem locum hyleg
qui habeat aliquam dignitatem in loco hy-
leg. Et si nullum planetam invenimus qui

aspiciat locum hyleg habentem aliquam dignitatem
ille locus non poterit esse hyleg secundum in
hoc casu oportet querere aliud hyleg secundum
modum supradictum. Videbatur quibusdam
incipientibus a domino domus ita videtur quod si
dominus domus locum hyleg aspexerit hyleg
accipiebant eum pro alcocoden et non
aspiciebant ad aliquem alium locum.
Si autem dominus domus non aspiciebat aspiciebant
ad dominum exaltationis quem si aspexerit ponebant
ipsum alcocoden. Et si ille non aspexerit
aspiciebant dominum triplicitatis deinde ad dominum
termini et ultimo ad dominum faciei. Et hoc
videtur multum conveniens. Et in Abrochis
aspiciunt similiter dominum termini considerant
eius domus domus. Sed hoc non videtur veritati
consonum. Et quando dixerunt. Si duo
vel tres vel plures planete conveniunt in
dignitatibus ita quod habeant equales fortitudines
in loco hyleg et omnes aspexerint ipsum
locum accipiendus est ille qui propinquius
aspicit. Et si in hoc similes sint quod raro
contingit aspiciendus est ille qui fuerit in
esse candabilion a sole ita quod sit iunctus
sole in uno signo et non sit elongatus ab
eo per 16 minuta vel accipiendus est ille
qui fuerit propinquior angulo. Aut ille qui fuerit
in medio orientali matutinus scilicet qui incipit
apparere mane ante solis ortum. Aut ille
qui fuerit in statione sua prima ad directionem
aut qui fuerit in aliquo esse candabili a
sole scilicet quod sit orientalis si fuerit aliquis
trium superiorum aut occidentalis si fuerit
aliquis inferiorum. Si vero contingat quod
sol fuerit hyleg fuerit quod in leone vel in
ariete erit ipse hyleg et alcocoden.
Et si luna fuerit hyleg et fuerit ipsa
in cancro vel in tauro ipsa erit hyleg
et alcocoden non oportet considerare aliquem
alium. Ptholomeus dicit quod ille est
alcocoden qui habet plures fortitudines
in loco hyleg sive aspiciat sive non
aspiciat ipsum locum. Sed nullus sapientum
predictorum concordat cum eo. Et ideo tenemus
nichil videtur tenendum vel sapiendum.

De annis vero quos dat alcocoden
dixit actor nichil dixit. Volo
tamen hic referre [illegible] habenragel aliq.
veritati consona narrare. Dixit enim
Haly. Maior pars sapientum huius scientie
dixit quod quando alcocoden fuerit in angulis
dat annos suos maiores. Et quando fuerit
in succedentibus dat annos suos medios. Et
quando fuerit in cadentibus dat annos suos
minores. Vel dat meliorationem alterum super
alterum secundum aliud et est error.
Et Haly Abenragel dicit quod de scientia
eorum considerabilibus celatis hoc scire est
quando alcocoden fuerit in gradu 10 domus tunc dat
annos suos maiores. Et quando fuerit in gradu
11 domus dat annos suos medios. Et quando
removetur ab uno istorum duorum locorum
et vadit ad aliud. Aspice quot gradus sunt
ab uno ad aliud et divide super eos
annos qui sunt inter annos maiores et an-
nos medios. Exemplum. Pono quod gradus 10 domus
sit 17 gradus capricorni. et pono quod venus sit
alcocoden et sit in 23 gradu. est ergo elongata
a puncto 10 domus per 10 gradus. et pono quod a
principio 10 domus usque ad principium 11 sunt 30 gradus.
Dico quod si esset in principio 10 domus daret an-
nos suos maiores qui sunt 82. Et si esset
in principio 11 domus daret annos suos medios
qui sunt 41. Nunc autem in neutro horum
duorum punctorum est. Subtraham ergo 41 annos
medios ab annis maioribus scilicet 82. et
remanent 41 anni. quos multiplicabo per
distantiam veneris a principio 10 domus quod producunt
410. quod divide per 30. scilicet per elongationem
inter 10am et 11am et exibunt 13 anni et rema-
nent per divisione 20 quos multiplico et divido per
30. et exibunt 8 menses. subtraham ergo
13 annos et 8 menses ab annis maioribus
veneris et remanebunt 68 anni et 4 menses
Erunt ergo anni quos dat venus in tali
casu. Istud exemplum potest applicari ad
alios annos et domos
Et Haly quando alcocoden fuerit combustus
dixit propter ad solem ita quod non appareat
perdit totam datam suam. Ergo quando est in hoc

statu non dat nisi dies vel horas quia
res quoniam non sunt. Et combustio
est ita. Postquam saturnus fuerit orientalis
a sole. et sol venerit ad eum et fuerit
inter eos 10 gradus est combustio. Et in illud
idem mars. autem postquam inter eum et
solem in occidente fuerint 11 gradus quousque
sit orientalis. et inter eos sint 9 gradus
Mercurius tamen facit facta sua dat
sua dona completa donec fuerit directus
dummodo non sit approprinquatus a sole
minus 1 gradu et a 1 gradu usque ad [illegible]
dat donum suum complete. Sed a principio
1 gradus eundo versus solem donec per
transeat solem per 4 gradus perdit totam datam
suam. et a 4 gradibus usque ad 1 gradum dat
medietatem. Verumtamen postquam transiverit
1 gradum dat donum suum complete. Et hoc
idem facit venus excepto quod quando applicat
soli eundo ad eum et fuerint inter eos 11
gradus debilitatur et facta sua dat medieta-
tem scilicet quibus dies vel quod hunc assignatur
Et quando applicuerit soli ad 12 gradus perdit
eius datam totam donec transierit a sole
per 8 gradus et tunc dat medietatem dies
vel quod hunc assignatur donec transierit solem
per 12 gradus. et tunc dat datam eius completam
Casus autem predicti
qui contrariantur ex alcocoden auffert
medietatem date. et singulis casibus est ita.
Sol cum fuerit in 4 gradu libre quousque
transierit 24 gradus. eius est in suo casu
Residuum signi indicatur sicut de tincto
in quo est quando est in opposito domus sue.
Casus lune est cum fuerit in primo 22 libre
donec transierit finem et in marte in scorpione
1 finem 1 gradus scorpionis. et quod remanet de signo
scorpionis iudicabis sicut de tincto. Casus
saturni est cum fuerit in principio 13 gradus arietis
donec transierit 26 gradus eius. Residuum signi
iudicabis per detrimento. Casus iovis est
cum fuerit in primo gradu capricorni. usque ad co-
plendum 20 gradus eius. Residuum signi iudi-
cabis per detrimento. Veneris est in suo
casu postquam transierit eum iovis usque
ad 21 gradus virginis. Istud de venere

detincto nichil innuunt de annis datis per alcocoden
dixit enim debilitate fortitudine et significatoribus

Exm

Intelligitur secundum eos philosophi. quia secundum
illos 10 gradus virginis est finis eius Iovis
secundum vero eos positos in Alkabitio non est
ibi sed etiam Iovis finit in 21 gradu virginis
Vel liber habet est corrupta vel alii
non perpenderunt suum intelligere. nisi secundum
eos philosophos. ¶ Et mercurius est in suo casu
a primo 6 gradu piscium usque ad complementum
19 gradus. eius vero residuum illius signi
iudicatur tamquam si esset in suo detrimento

¶ Retrogradatio vero planetarum
superiorum a primo sue retrogradationis usque ad
oppositum solis .i. usque ad medietatem retrogradationis
graduum auffert medietatem dati. et alia
medietas remanet ¶ Et qui fuerit
oppositioni solis aspice quot gradus et minuta
retrogradando sunt ab oppositione solis et
fiunt aspice que pars proportionalis sunt
ad omnes gradus quos habet retrogradatione ab oppositione
usque ad directionem. et totum adde medietati
dati. et diriges gradus illos recte cum suis
minutis tali modo quod qui planeta fuerit in primo
directionis sue dabit recte datum suum
completum. ¶ Pono in hoc exemplum. Sit
mars alcocoden. et sint totum datum
suum 60 anni. secundum proportionem precedentem facta
in anglia et sunt dicte. et ponatur quod
ipse sit retrogradus ultra medium retrogradationis
Nisi vel pendet in medio et ante medium
retrogradationis medietatem annorum suorum et
remanserunt solummodo 30 anni ¶ Et pono
quod sit ultra medium retrogradationis per 2
gradus. et pono similiter quod ab oppositione usque
ad directionem debeat esse retrogradationis
per 15 gradus multiplico 2 gradus per
medietatem dati. scilicet per 30 annos et proveniunt
60. que 60 divido per 15 et exibunt
6 anni quos 6 annos addo medietati
dati. scilicet 30 annis et proveniunt 36 anni
hoc est datum martis in casu proposito
¶ Nunc tamen considera quod postquam quilibet eorum
incipit retrogradari perdit medietatem dati
eius quod dat quando est directus. Et per modum
aspice quot gradus et minuta sibi remanent
usque ad occultationem suam recte quando

¶ plus perdit. quia venus forte apparebit
existendo in eodem gradu cum sole in 12 gradu
¶ Et qui fuerit apparens dabit medietatem
dati. nisi appareret quod sit in eodem
cum sole in 12 gradu. quia tunc non perdit
et apparitio illa in hoc statu ¶ Post
diriges illos gradus et minuta post quam retrogradari
incipit quousque occultaverit se sub radiis
et tunc dividas per hoc medium datum quod
remansit. hoc modo quod qui occultatur
totum perdit suum datum sicut fuerimus
et nihil remanet ei ¶ Et procedendo
ad similitudinem exempli dati in retrogradatione
eorum superiorum

¶ Dixit haly. habens quod iupiter et venus
cum coniuncti fuerint corporaliter vel aspexerint
per aspectum alcocoden de trino vel sextili addunt
unus eorum quod dat alcocoden. scilicet
numerum annorum suorum minorum annos vel menses
dies vel horas ad virtutem vel de
bilitatem eorum ¶ Sed auribus infortunia
scilicet saturnus et mars si diriguntur corporaliter
cum alcocoden vel ipsum aspiciunt de quarto
vel opposito minuunt ei numerum annorum suorum
minorum ¶ Mercurius quando fuerit cum fortunis
additur alcocoden addit similiter numerum
annorum suorum minorum. addit etiam de
trino et sextili ¶ Et unus ex astrologis antiquis
quorum modernorum dicunt quod luna
fortunata addit de trino vel sextili ¶ Et sic
sapientes hic sunt confitentur quod qui natus
non habet hyleg. et habet aliquem
duarum fortunarum in ascendente vel medio celi.
possibile est quod vivet secundum quantitatem
annorum minorum illius fortune. quia vita
sequitur ipsam ipsius ascendens et vita fuerit infortunata
Vel fuerit eadem fortuna dicta dominus nativitatis
quando tunc sequitur modicam durabilitatem
et vitam brevem.

Alimenton vero quod precessit nativitatem
dicit actor dotis elige alimentum
i. planetam dominatorem in figura. a quo accipit
esse nati post hyleg et alcocoden.
Exterum lectum est ista ¶ Planeta habens maior
dominium super plures fortitudines in 4 locis
hylegiacis dictis. scilicet a quibus accipitur hyleg

Retrogradatio prior est inferior dum in marte
et mercurio minoris ... omnium aliorum planetarum

qui sunt locus solis, locus lune, locus
coniunctionis vel oppositionis, pars fortune. Verbi gratia ascendens
illius planete est almuten i. vincens. ¶ Et
si aliquis habuerit dignitates in duobus
vel tribus vel pluribus locis ex locis
predictis ille erit almuten. Verbi gratia
¶ Pono quod unus planeta sit dominus ascendentis
et dominus termini eiusdem, talis planeta haberet
8 fortitudines in ascendente. ¶ Et pono quod alter
planeta sit dominus exaltationis ascendentis et dominus
domus loci solis et dominus triplicitatis partis fortune,
talis planeta erit dignior almuten quam
primus, quia habet plures fortitudines in
No. locis predictis. ¶ Et ut abrevietur sermo
colligende sunt fortitudines cuiuslibet
planete in 5 locis predictis, et ille erit qui
habundaverit in numero fortitudinum ille
erit almuten.

¶ De profectione ex annis nativitatum et annis mundi. ¶ In hoc capitulo docet
opus profectionis i. mutationis annorum de
uno signo in aliud. Et hoc primo in annis
nativitatum, secundo in annis mutationis annorum
mundi. ¶ Opus in annis nativitatum est
facile, et est secundum hunc tenorem. ¶ Cum
volueris scire ad quod signum applicat annus
nativitatis alicuius, vide quot anni solares
perfecti transierunt nato et incipies a gradu
ascendentis nativitatis et dabis cuilibet anno
signum unum. Et ubi finietur numerus
ibi erit profectio i. signum profectionis ab ascendente.
¶ Verbi gratia ascendens cuiusdam nativitatis fuit 10 gradus arietis;
in fine primi anni venit profectio ad 10 gradum
tauri, in fine secundi anni ad 10 gradum
geminorum, et sic secundum hunc ordinem dando
cuilibet anno signum unum usque ad complementum
12 annorum. Deinde revertitur profectio ad 10
gradum arietis, postea ad 10 gradum tauri et
usque in finem annorum nati. ¶ Et sicut
dixi de gradu ascendentis ita faciendum est de
gradu solis et de gradu lune et de gradu partis
fortune. Et ubi finietur numerus dominus illius
signi est dispositor illius anni. ¶ Et ab illo
no accipiuntur facta de quibus natus se intro-
mittet illo anno, fortuna vel infortuna

que accidet sibi illo anno. Actor ponit exemplum
de bono et hic multum instare.

¶ Item dicit actor. ¶ Cum profectio anni
pervenerit ad aliquem gradum alicuius signi
et fuerit aliquis planeta vel radii alicuius
planete post ipsum gradum in eodem signo vel
in eadem domo in sequenti, et volueris scire quando
perveniet profectio ad ipsum planetam vel ad
radios eius, ¶ vide quot gradus et minuta sunt inter
gradum ad quem pervenit annus et ipsum planetam
vel radios eius, et multiplica illos per 12 et
6 partes unius. Hoc est dicere dabis cuilibet gradui
12 dies et 6 partes unius diei. Et
provenient dies qui sunt a principio illius
anni usque ad tempus in quo profectio perveniet
ad planetam vel eius radios. ¶ Racio autem
quare cuilibet gradui dantur 12 dies et 6
partes unius est quia hoc modo in fine anni
completur unum signum. Cum enim multiplicantur
30 gradus per 12 et 6 partes unius, proveniunt 365
dies qui sunt dies unius anni.

¶ De profectione in 2° capitulo quarte partis quadri-
partiti. Et sciemus dispositorem fati
annorum signorum dando unicuique signo unum
annum. Et accipiemus dispositorem a signo
in quo applicat numerus. ¶ Haly in commento
eiusdem dicit quod in hoc dicto vult narrare
profectionem. ¶ Et quodlibet signum disponit uno
anno et sit ibi signum terminationis in quo est
significator cuiuslibet 12 annis vite usque
ad finem vite. Et hoc faciunt omnes
astrologi.

Profectio autem ex annis mundi docet
opus profectionis in annis mundi. Et est
hec et talis. ¶ Cum volueris scire applicationem
annorum mundi secte, vide quot transierunt
anni solares completi a principio illius anni
in quo fuit magna coniunctio que significavit illam
sectam, et deinde illum numerum annorum
per 12, et numerum qui remanet infra 12
proice ab ascendente illius signi anni in
quo fuit coniunctio. Et ubi applicuerit numerus
ibi est signum profectionis. ¶ Actor ponit
in lege exemplum de secta Sarracenorum
i. lege Machometi et dicit quod in nativitate
annis qui sequuntur legem illam et annis.

applicationis inchoetur. scilicet in quo incepit
predicare fuerunt 40 anni. Alia littera habet
42 annos. Et ego credo quod debet esse 42 et
44 dies. Alioquin non concordabit cum illo
quod dicit postea. Et assumendo annum in quo
fuit illa coniunctio fuit signum centrorum et generaliter
annus ille in quo incepit predicare ad signum
Virginis scilicet ad signum eiusdem complete quod fuit
sub signo ascendente anni coniunctionis. Et autem
substrahantur a 42. 12 quotiens poterit
remanet 6 annus dicit quod primum signum
cancri 2^m cancro 3^m Leoni. Et sic annus
completus qui non fuit completus in mundo
concedit ad signum Virginis. ¶ Non enim nobis
necesse est scire quot anni fuerunt ab initio
mundi etiam quot anni fuerunt ab initio
illius coniunctionis ab anno illius coniunctionis usque
ad primum annum arabum. Sufficit enim
nobis scire quod annus ille in quo inceperunt
anni arabum convenit ad Virginem quia
anni arabum sunt nobis noti ex tabulis
coniunctionis earum. Et potuimus incipere a
Virgine. Secundum quod dicit auctor in littera ¶ Et quia
iste auctor in partibus suis operabatur per annos
persarum ¶ Et dicit enim volumus habere
notitiam alicuius rei. i. scire ad quod signum
applicatur aliquis ex annis coniunctionis quae sequitur
sectam saracenorum. Unde sciendum quod anni persarum
transeunt extra illos in diebus per tabulas
coniunctionis earum desinunt annis persarum
dum multiplicantur anni annorum per 364. tot
enim dies continet annus persicus quia annus
persicus non habet 4^m diei et annus dicitur
convenientes addere 364 dies. tot enim
dies sunt a primo annorum arabum usque ad
primum annorum persarum. Et quod collectum
fuit dividere per 364 et 4^{am} unam et pro-
veniunt anni solares. et quod residuum
fuerit dies anni imperfecti. Potest etiam
reduci numerum dierum ad annos solares per
tabulam coniunctionis earum desinunt annis
solaribus ¶ Tota intentio auctoris stat in
hoc quod sciamus quot anni solares perfecti trans-
ierunt ab initio annorum arabum usque ad
tempus compositionis et dabis cuilibet anno
unum signum secundum modum praedictum. Et
incipiemus ab igne. ¶ De hoc est prima

ex quo applicatur ad coniunctionem magnam
secundum annos domini nostri ihesu christi ¶ Cum
volueris scire ad quod signum applicabit
annus coniunctionis quae sequitur legem saracenorum
¶ substrahe ab annis christi 621 annos
sex menses et 14 dies. tot enim anni
fuerunt a primo anno christi usque ad primum
annorum arabum. Et numerum annorum perfectorum
qui remanserint divide per 12 et quod remanet
serva. Deinde dando cuilibet anno signum unum
secundum modum praedictum. Quod si nichil rema-
net ex annis perfectis sequentibus annos quos
dimisisti manet in Virgine. ¶ Sed anni
christi sunt modo 1330 completi et dies 6.
ab illis substrahantur 621 anni 6 menses
et 14 dies. scilicet illi anni qui transierunt
a primo annorum arabum usque modo. quos
annos perfectos divide per 12 et totum nihil
surgit. Ita quod non remanet aliquis annus
perfectus. ¶ Dico quod quo perfecto annus coniunctionis
magnae quae sequitur sectam saracenorum modo
est in Virgine secundum sententiam auctoris ¶ Sicut
exemplificatur de secta saracenorum ita potest si
in aliis sectis si debeat dici sectae sed
secundum signum signis illius sectae et assumens
annum coniunctionis. sed de hiis nunc non expedit
multum loqui. Est enim res quae non concordat
cum fide nostra ¶ Sed si quis delectetur
in hiis et voluerit reducere mutationes
quae fiunt in legibus ad motus superiorum corporum
legat libros de coniunctionibus magnis et ibi
eas inveniet.

¶ Deinde dicit si volueris perfectionem a signo
coniunctionis quae sequitur perditas sectas. Prima
annos praedictos a scorpione quia quoniam illa secundum eum
in scorpione ¶ Et ubi volueris perfectionem ab
assumpta re. Unde sciendum quod anni solares trans-
ierunt a principio illius regni et pone ab as-
sumptione regni. Auctor exemplificat de
uno regno sed nescio de quo regno loquitur
et non curo quia sunt exempla pro intelligen-
tia sua ¶ Sicut autem dicit de assumptione
regni ita debet intelligi de assumptione fundationis
alicuius civitatis vel castri vel etiam cuiuslibet
aedificii. Ita quod accipiantur anni solares.

perfecti qui transierunt a principio fundationis
ille et parata ab Alfonso principi fun-
dationis secundum modum iam dictum
¶ Item dico si volueris perfectos ab Alfonso
mutationis annis solis coniunctionis de triplicitate
aquea ad triplicitatem igneam subtrahe ab
annis persarum 146 annos persicos et verte
illos qui remanent in annos solares et
pone a leone. Vult dicere quod introitus solis et
saturni in primum annorum persarum fuit in tripli-
citate aquea et per primum annorum persarum per quos
ipsi computabant per 146 annos mutatio facta est
ad triplicitatem igneam. Ideo iubet subtrahere
ab annis persarum 146 annos. Remanent anni
qui transierunt ab anno mutationis ad tri-
plicitatem igneam, et iubet eos annos qui
remanent vertere in annos solares quia persici
non patiuntur bissextum sed anni solares sic ¶
pro perfecto anno sit secundum annos solares et
iubet ponere a leone quia secundum principium leo
fuit ascendens mutationis coniunctionis ad tripli-
citatem igneam. Ex quo videtur quod iste auctor com-
posuit hunc librum secundum Albumasar fuit
tempore quo coniunctio fuit in triplicitate ignea. Nunc autem
quod habetur est in triplicitate aerea. Ideo ponam
exemplum de triplicitate in qua nos sumus.
¶ Cum volueris scire perfectos ab anno mu-
tationis coniunctionis saturni et iovis ad triplicitatem
aeream subtrahe ab annis Christi 1324
annos et 11 dies et 20 horas quia tot temporis
transierunt a principio annorum Christi usque ad primum
annorum mutationis coniunctionis ad triplicitatem in qua
sumus. Residuum pone a 13 gradu libre ~~[illegible]~~ quia
fuit ascendens ibi. Et ubi pervenerit numerus
illi est perfectio anni. Verbi gratia anni Christi sunt modo
1330 completi et 20 dies ab illis subtrahe
1324 annos 11 dies. Et remanent 6 anni
perfecti et 316 dies. Anni perfecti ¶ Do
primum annum tauro incipiendo a 13 gradu eius
secundum geminorum [illegible] a 13 gradu [illegible] 3 cancro
4 leoni 5 virgini [illegible] a 13 gradu et
veneri quod perfectus [illegible] perfecti
ad libram scilicet ad 13 gradum ¶ Et si volueris
quantitatem quo perfecto ultimum diem ex diebus
qui transierunt de anno imperfecto multiplica
numerum dierum anni imperfecti per 30 et productum
divide per 365 et numerus quotiens erit gradus
Et si quid remanserit post divisionem multiplica
illud per 60 et divide per idem et provenit
numerus quotiens erit minuta. Verbi gratia ¶ In exemplo
remanserunt de anno imperfecto 316
dies quos multiplico per 30 et proveniunt 9480
quae iterum divido per 365 exibunt 25
gradus et remanent post divisionem 355.
Quae multiplicabo per 60 et proveniunt 21300
et dividam per 365 et exibunt 58 minuta. Addo
ergo super 13 gradus libre 25 gradus et 58 minuta et
proveniet numerus usque ad 8 gradus et 58 minuta scorpionis.
Hic igitur est perfectio ab Alfonso
anni mutationis coniunctionis ad triplicitatem
aeream.
¶ De directione. In hoc capitulo auctor
docet dirigere significatorem quemlibet ad quemlibet
locum circuli ¶ Intelligendum est primo quod directio
sive dirigere significatorem ad aliquem locum circuli
nihil aliud est quam invenire gradus equinoctialis
qui revolvuntur a loco significatoris usque ad locum
ad quem debet dirigi ¶ Si locus significatoris fuerit
in medio celi vel in angulo terre tunc dirigere
est invenire gradus equinoctialis qui revolvuntur a gradu
significatoris usque ad locum ubi debet dirigi
in orizonte obliquo. Si autem non fuerit in aliquo
horum locorum accipiuntur tunc ascensiones
mixte scilicet mixtura ascensionum circuli
directi cum ascensionibus regionis proportiona-
liter secundum distantiam loci significatoris ab angulis
et quot sunt gradus directionis tot significant annos
quasi dicat quod alia ratio ¶ In nativitatibus
quilibet gradus significat annum ¶ In revolutionibus annorum
mundi et nativitatum quilibet gradus significat diem.
Et quod vult quod in revolutionibus
annorum mundi 59 minuta et 8 secunda sufficiunt
unum diem scilicet motus solis in uno die.
¶ In coniunctionibus solis et lune et oppositionibus secundum
quosdam quilibet 13 gradus et 10 minuta scilicet quantum
luna movetur in uno die per medium cuius
cursum significaret unum diem
¶ Cum ergo volueris significatorem aliquem dirigere
ad quemcumque locum circuli. Si significator ille
fuerit in gradu 10 vel in gradu 4 subtrahe ascensiones
circuli directi ad locum ad quem vis eum
dirigere et gradus qui remanent sunt gradus
directionis ¶ Si autem significator dirigendus fuer-
it in gradu ascendente subtrahe ascensiones circuli
obliqui de gradu significatoris ab ascensionibus circuli
obliqui loci ad quem vis eum dirigere et rema-
¶ nent

gradus directionis.

¶ Exemplum quartum in medio celi in 4 gradibus arietis et pono quod radii oppositi saturni sint in 6 gradibus piscium. Pono quod velim dirigere lunam ad eius oppositionem saturni vel ad radios eius. ¶ Quero ascensiones lune in circulo directo et sunt 3 4 gradus 23 minuta. ¶ Quero tamen etiam ascensiones 6 graduum piscium ubi sunt radii saturni in eodem circulo directo et invenio ea 340 minuta. deinde subtrahe ascensiones lune ab ascensionibus radiorum saturni et remanent 306 gradus 21 minuta. Ille est numerus graduum directionis in hoc casu.

¶ Exemplum quintum in ascendente. Pono quod luna sit in eodem 4 gradibus arietis et radii saturni in 6 piscium. quero ascensiones lune in circulo obliquo ad latitudinem 48 graduum et sunt 330 gradus 22 minuta. ¶ Quero etiam ascensiones 6 graduum piscium et sunt 340 gradus 31 minuta. Subtrahe ascensiones lune ab ascensionibus radiorum saturni et remanet 10 gradus 9 minuta. ille est numerus graduum directionis in hoc casu. hoc modo dirigo ascendens ad quemlibet locum circuli.

¶ Si vero significator dirigendus fuerit extra hec loca tunc si fuerit inter medium celi et ascendens vide distantiam eius a medio celi subtrahendo ascensiones graduum medii celi ab ascensionibus graduum significatoris quam distantiam serva. ¶ Deinde scias medietatem arcus diurni ipsius significatoris per modum dictum in capitulo de radiationibus et serva eam. ¶ Deinde subtrahe ascensiones circuli directi ipsius significatoris ab ascensionibus circuli directi loci ad quem vis eum dirigere et quod remanserit erit significator circuli directi serva. ¶ Deinde subtrahe ascensiones ipsius significatoris in circulo obliquo ab ascensionibus loci ad quem vis eum dirigere in eodem circulo obliquo et quod remanserit erit significator regionis. Deinde subtrahe significatorem minorem de maiori et residuum multiplica per distantiam ab angulo medii celi et productum divide per medietatem arcus diurni significatoris et quod provenit pars proportionalis quam adde super significatorem circuli directi si fuerit minor significatore regionis vel subtrahe si fuerit maior et quod provenit erit gradus directionis.

¶ Si autem velles dirigere gradum successivum significatorum sicut dirigitur partes applicationis precedentis ab ascendente versus medium celi. tunc debes accipere distantiam significatoris ab ascendente per ascensiones regionis. et debes addere partem proportionalem differentie duorum significatorum super significatorem regionis si ille est minor significatore circuli directi vel subtrahe si est maior. ¶ In alio enim non differt opus.

¶ Si autem significator dirigendus fuerit inter ascendens et angulum terre. vide distantiam ipsius significatoris ab ascendente per ascensiones regionis ipsius significatoris ab ascensionibus regionis circuli ad quem vis eum dirigere. et serva. Distantiam deinde scias medietatem arcus nocturni ipsius significatoris per modum dictum in radiationibus quam etiam serva. ¶ Deinde subtrahe ascensiones ipsius significatoris in circulo obliquo ab ascensionibus loci ad quem vis eum dirigere in eodem circulo obliquo et quod remanserit est significator regionis quem serva. ¶ Deinde subtrahe ascensiones circuli directi ipsius significatoris ab ascensionibus circuli directi loci ad quem vis eum dirigere et quod remanserit est significator circuli directi. ¶ Deinde subtrahe minorem de maiori et multiplica differentiam duorum significatorum quam multiplica per ipsius significatoris distantiam ab ascendente et productum divide per medietatem arcus nocturni ipsius significatoris et quod provenit est pars proportionalis adde significatori regionis si fuerit minor significatore circuli directi vel subtrahe a significatore circuli directi si fuerit minor circuli directi et quod per additionem vel subtractionem provenerit sunt gradus directionis.

¶ Si vero volueris dirigere significatorem ab angulo terre versus occidens. tunc debes accipere distantiam significatoris ab angulo terre per ascensiones circuli directi et multiplica differentiam duorum significatorum et divide per medietatem arcus diurni ut prius. deinde partem proportionalem adde significatori circuli directi si fuerit minor significatore regionis vel subtrahe si fuerit maior. In alio non differt opus.

¶ Si autem significator dirigendus fuerit inter

angulum terre. et quia occidit oportet
debes eundem gradum oppositum signatoris. et eum quem
oppositum loci ad quem vis eum dirigere
et per distantiam gradus oppositi signatoris [illegible]
eundem oppositi signatoris tum distat a linea
meridiana quia gradus signatoris ab angulo
terre. et medietas arcus diurni oppositi
[illegible] medietas arcus nocturni
signatoris et tunc est ille oppositus qui tunc
in medium celi et ascendens

¶ Si vero signator dirigendus fuerit inter
angulum occidentis et medium celi debes
operari per oppositum signatoris et per distantiam
eiusdem ab ascendente et per medietatem arcus
nocturni eiusdem gradus oppositi et per eandem
oppositionem loci signatoris. et est eadem
operatio sicut inter ascendens et angulum terre.

¶ Vero contingit quod signator dirigendus
sit in una quarta et locus ad quem
debet dirigi in alia quarta ¶ Verbi gratia
signator inter medium celi et ascendens
et locus ad quem debet dirigi sit inter
ascendens et angulum terre [illegible] debes
primo dirigere usque ad angulum [illegible]
dirigendo [illegible] usque ad locum ad quem
debet dirigi et iunge ambas directiones
in simul ¶ Dirigere autem signatorem
ad angulum per modum dictum scilicet quod accipias
distantiam signatoris ab angulo [illegible]
[illegible] sicut si
fuerit inter angulum medii celi et ascendens
accipies distantiam eius ab angulo
medii celi. et si fuerit inter ascendens et
angulum terre accipies distantiam eius ab
ascendente ¶ Accipies et medietatem arcus
diurni vel nocturni signatoris vel eius oppositi
per modum predictum. et angulum ad quem
vis dirigere accipies pro loco ad quem
debet dirigi. et tenebis ordinem
predictum donec signator fuerit in aliquo
angulorum usque ad locum ad quem debet
dirigi signator. et addes unam directionem
cum alia et provenient [illegible] directionis

¶ Tertio declaratur quod debes accipere distantiam
signatoris ab angulo et illam debes
dividere per partes horarum signatoris
et provenient hore distantie signatoris ab angulo
et dixi quod debes accipere [illegible] duorum
signatorum quando [illegible] inter utrumque partes
horarum distantie signatoris a meridie [illegible]
[illegible] ad signatorem [illegible]
directionis vel subtrahe per modum dictum
eodem modo quem posui est levior et
planior ¶ Alio modo [illegible]
accipere distantiam ab angulo per eundem modum
quem posui et ultra hoc oportet [illegible] partes
horarum signatoris et postea dividere
distantiam ab angulo per partes horarum [illegible]
[illegible] tenere ¶ Oportet etiam [illegible] modo
[illegible] signatorem [illegible] signatoris
[illegible] per eundem modum quem posui [illegible]
[illegible] duorum signatorum. et ultra hoc
oportet illam [illegible]
[illegible] cum in multitudine operationum
facile cadat error videtur [illegible] modus
quem posui levior.

¶ Exemplum. quod signator est inter medium celi
et ascendens. et locus ad quem debet dirigi est
in eadem quarta scilicet inter medium celi et ascendens
Pono quod luna sit hyleg. et sit in 4 gradu
[illegible] et pono quod radii oppositi saturni [illegible]
[illegible] in 6 gradu piscium
et pono quod angulus medii celi sit 20 gradus capricorni.
Ad dirigendum lunam ad radios saturni [illegible]
primo ascensiones medii celi in circulo directo que
sunt 291 gradus 39 minuta deinde [illegible] ascensiones gradus lune
in eodem circulo directo que sunt 321 gradus 23 minuta
¶ Subtrahe ascensiones medii celi ab ascensionibus
[illegible] lune et remanent 29 gradus 44 minuta que est distantia
lune a medio celi ¶ [illegible] ascensiones
gradus lune in circulo obliquo ad latitudinem [illegible]
ad latitudinem 48 gradus que sunt 330 gradus 22 minuta
¶ [illegible] etiam ascensiones [illegible] oppositi que sunt 104 gradus 230
minuta a quibus subtrahe ascensiones [illegible] lune
[illegible] quod non potui [illegible] ascensio lune maior
erat [illegible] ascensionibus oppositi [illegible] lune
unam revolutionem scilicet 360 gradus et provenerunt
464 gradus 30 minuta deinde subtraxi [illegible]
134 gradus 8 minuta et hoc fuit tota arcus diurni
[illegible] medietas [illegible]
[illegible] distantiam
lune a medio celi [illegible] medietatem arcus diurni

lune. Deinde subtraxi ascensiones gradus lune in
circulo directo que fuerunt 31 gradus 23 minuta ab ascensionibus
radicum suarum in eodem circulo directo que
fuit 61 gradus 40 minuta et remanserunt 30 gradus
21 minuta. Et hoc fuit significator circuli directi
servavi itaque eum. Deinde subtraxi ascensiones
lune in circulo obliquo que fuerunt 330 gradus et
22 minuta ab ascensionibus radicum circuli in
eodem circulo obliquo que fuerunt 348 gradus 21 minuta et
remanserunt 18 gradus 9 minuta que fuit significator
regionis. Deinde subtraxi significatorem regionis
a significatore circuli directi et remansit differentia
duorum significatorum que fuit 12 gradus 16 minuta. Deinde
multiplicavi istam differentiam per distantiam
lune a medio celi et divisi per medietatem
arcus diurni gradus lune et provenit 26 proportionaliter
que fuit 2 gradus 42 minuta secunda 39 tertia quam proportionem
proportionalem etiam subtraxi a significatore circuli directi
quia fuit maior significatore regionis et remansit
gradus directionis que fuerunt 21 gradus 32
minuta et 21 secunda. Accepi eum pro quolibet gradu unum
annum. Et pro quolibet 5 minutis unum mensem
et pro quolibet minuto 6 dies et pro quolibet secundo 6
minuta diei. Provenit quod tempus istius directionis
ad 21 annos 6 menses 14 dies et sex
minuta diei. Et quia fuit completum hoc tempus
a tempore nativitatis cuius figura fuit hec
disposita moriebatur natus. Hoc intellige
si alkocoden fuit circa annorum suorum

¶ Cum significator est inter ascendens
et angulum terre operaberis eandem distantiam
ab ascendente et eandem medietatem arcus nocturni.
Et opus non differt in alio.

¶ Et cum volueris dirigere per successionem
signorum. Si significator fuerit inter medium
celi et ascendens operaberis eadem distantia ab ascendente
et eadem medietate arcus diurni. ¶ Et si
significator fuerit inter ascendens et angulum terre
operaberis eadem distantia ab angulo terre et
eadem medietate arcus nocturni et non differt
opus in alio. ¶ Si significator fuerit inter angulum
terre et gradum occidentis operaberis cum eius
opposito loci ad quem vis dirigere. et erit
opus tuum inter medium celi et ascendens.
Et si significator fuerit inter gradum occidentis
et medium celi operaberis similiter cum gradibus
oppositis. et erit opus tuum inter
ascendens et angulum terre.

¶ Scias etiam et nota hic quod secundum modum
dictum dirigimus significatores qui non habent
latitudinem. ¶ Cum autem significatores habent latitudinem
difficilior est modus. Et propter hoc factum
fuit instrumentum ad dirigendum planetas
habentes latitudinem et illud instrumentum vocatum
fuit directionarium. Volunt compositores
seu inventores illius instrumenti quod significator habens
latitudinem non possit dirigi per tabulas
ascensionum vel ad minus sine magna
difficultate. Ego autem dico quod instrumentum
similiter non sufficit nisi sit maxime
quantitatis ita quod possit recipere minuta.

¶ Tale autem vix posset fieri.
In directionibus enim plurimum decipitur
quia quolibet gradu unus annus. Modo si instrumentum
non sit divisum nisi per gradus vix sine
mora in eo error usque ad annum. Et similiter
si instrumentum sit bene factum ita ut non
sit error in divisionibus etiam in operando
de eo. Et ergo dico tibi quod significator habens
latitudinem potest dirigi ad locum etiam
habentem latitudinem per tabulas ascensionum
et non vidi modum expositum in aliquo
libro. Modus autem est iste.

Cum volueris dirigere significatorem habentem
latitudinem ab ecliptica ad corpus alterius planete
etiam habentis latitudinem ab ecliptica vel ad
radios alterius habentis latitudinem. ¶ Scies
primo gradum cum quo significator mediat celum
secundum doctrinam canonum primi mobilis.
¶ Deinde scies gradum cum quo mediat celum
locus ad quem vis dirigere secundum eandem
doctrinam. Et accipies gradum cum quo
significator mediat celum pro loco significatoris
et probabis eius distantiam significatoris a medio
celi vel ab ascendente per modum supradictum
nec plus nec minus. Et accipies locum
cum quo mediat celum locus ad quem debet

dirigi. pro loco ad quem debet dirigi
Et cum istis duobus quere significatorem circuli
per modum prius dictum. Deinde quere cum
gradu cum quo oritur significator in regione
secundum doctrinam canonum primi mobilis
¶ Similiter etiam quere cum quo oritur locus ad quem
debet dirigi secundum eosdem canones. Deinde
cum gradu cum quo oritur significator quere me(dieta)te(m)
arcus diurni vel nocturni per modum prius
dictum ¶ Et quere significatorem regionis cum
gradu cum quo oritur significator. et cum gradu
cum quo gradu cum quo oritur locus ad
quem debet dirigi. In alio non differt opus
¶ Dico tibi breviter. oportet querere gradum
cum quo significator mediat celum. et gradum
cum quo mediat celum locus ad quem debet
dirigi ¶ Cum primis duobus oportet querere
significatorem circuli directi ¶ Cum aliis duobus
oportet querere significatorem regionis ¶ Cum gradu
cum quo significator mediat celum oportet
querere distanciam a medio celi si fuerit inter
medium celi et ascendens ¶ Cum gradu cum
quo oritur significator oportet querere medietatem
arcus diurni vel nocturni.

¶ Si autem significator dirigendus fuerit inter
ascendens et angulum terre. oportet querere distanciam
significatoris ab ascendente cum gradu cum quo oritur significator
et cum eodem medietatem arcus diurni vel nocturni
In omnibus aliis est idem opus cum opere dicto.

¶ Est et alius casus quem per se dixi in directionibus.
quando significator et locus ad quem debet dirigi simul
veniunt ad lineam medianam ita quod ambo
mediant celum cum eodem gradu. licet non sint
in eodem gradu in ecliptica. Potest etiam dirigi
per gradum cum quo oritur significator. et gradum cum quo
oritur locus ad quem debet dirigi. sunt idem gradus.
licet non sint in eodem gradu in ecliptica
¶ Et si aliquis istorum casuum evenerit. tunc
operaberis eodem modo quo dictum est ¶ Si significator et locus
ad quem debet dirigi veniunt cum eodem gradu
ad medium celi. quia non fuit aliqua ascensio
in circulo directo ¶ Quere per significatorem circuli
directi ¶ Postea quere significatorem regionis
accipiendo ascensiones in circulo ~~directo~~ obliquo
a loco cum quo oritur significator usque ad locum
cum quo oritur locus ad quem debet dirigi
Et totum illud solum significatorem regionis
multiplicabis per distanciam significatoris ab angulo
et productum divides per medietatem arcus
diurni vel nocturni et proveniet proportio
quam tenebis pro directione ¶ Si vero
significator dirigendus et locus ad quem debet
dirigi oriantur cum uno et eodem gradu. Pone
pro significatore regionis 0. et significatorem circuli
multiplicabis per distanciam significatoris ab angulo
et divide per medietatem arcus diurni vel nocturni.
et proveniet proportio quam tenebis pro
directione ¶ Pone de omnibus exemplum
tex(tu)s nimis longum. Sed necesse duo tec(u)m
infra istius expositionis ponere et cor(ri)gere unam
nativitatem in qua patebunt modus sinistri(us)
gradum ascendentis. Eligendi hylegem et alcocodem
et ponam ibi aliquas proiectiones radiorum
et aliquas directiones ¶ Et hec sufficiant
de opere directionum

Dicit actor in libro Cognitionis annis
directionis. si volueris scire locum istum
directionis in zodiaco adde duos directionis
super ascensiones circuli directi gradus significatoris
si significator sit in medio celi vel in angulo terre
et reduces ad gradus equales in circulo directo
et ubi perduxerit te numerus in circulo signorum
ibi est locus directionis. et ad locum dominus
et duo et ille locus dicitur divisor ¶ Si
significator fuerit in ascendente adde duos directionis
super ascensiones regionis significatoris et reduc
ad gradus equales in circulo obliquo. et quo te
perduxerit numerus in circulo signorum ibi est locus
divisionis et dicitur ille locus est divisor
Et illud opus est idem cum opere proiectionis
radiorum. Et qui scivit istud opus inveniet
in fine eius locum ad quem dirigitur in(fra)
significator habet latitudinem.

Ex hoc elicebuntur in nativitatibus
primi libri capitulo actor docet gradum ascendentem in
nativitatibus ¶ Cum videas de talibus. Considera in cuius
parte vero sit gradus ascendens. et considera finem illius
termini. Deinde quere ascensiones gradus ascendentis in circulo
obliquo per tabulam tue regionis et fiunt tabulas.
¶ Quere etiam ascensiones finis illius termini per

eiusdem tabule a quibus subtrahe ascensiones
graduum [illegible] qui remanserunt sunt gradus
directionis. accipe pro quolibet gradu unum annum
et pro quibuslibet 4 minutis unum mensem et
pro quolibet minuto 6 dies et pro quolibet secundo
duas horas et 24 minuta hore. Et planeta
qui est dominus termini est dispositor annorum
sive divisor. Postea considera finem termini
immediate sequentis et subtrahe ascensiones
principii eius ab ascensionibus finis et remanebunt
gradus directionis. accipe sicut prius
pro quolibet gradu unum annum etc. Et
dominus illius termini est divisor. Et istum
facias ad finem cuiuslibet termini secundum ordinem
signorum usque ad finem vite. Et si fuerit
in aliquo termino aliquis planeta vel radii alicuius
planete ille planeta erit particeps in divisione.

Exemplum in hoc. Pono quod ascendens alicuius nativitatis
fuit 4 gradus virginis et [illegible] ad dirigendum gradum
ascendentis. Considerabimus primo in cuius planete termino
est iste gradus. et patet quod est in termino mercurii
et durat eius usque ad finem 7 gradus virginis et
invenies. Inveni ascensionem gradus ascendentis in orizonte
obliquo cuius latitudo est 48 gradus et inveni
144 gradus 21 minuta. Inveni etiam ascensiones
finis termini scilicet 7 gradus virginis et inveni
148 gradus 33 minuta. Subtrahe ascensiones gradus ascendentis
ab ascensionibus finis termini mercurii et remanserunt
4 gradus et 6 minuta. Dedi cuilibet gradui
unum annum et quibuslibet 4 minutis unum mensem
et cuilibet minuto 6 dies. fiunt 4 anni
unus mensis et 6 dies. Et mercurius
dicitur tunc fuisse dispositor istorum annorum.
Deinde considera terminum immediate sequentem
qui est veneris et durat usque ad finem 14
gradus virginis. Inveni ascensiones finis termini illius
scilicet veneris et inveni 162 gradus 24 minuta a
quibus subtraxi ascensiones finis termini
precedentis scilicet mercurii et remanserunt 13
gradus 42 minuta que fecerunt 13 annos 10 menses
12 dies. et venus disposuit hos annos
et in fine istius termini fuit etas nati 17
annorum 9 menses et 12 dies. Deinde sequitur
terminus Iovis et faciendum est ut prius.

Deinde terminus martis etc. Et secundum hunc modum
est directio dirigenda usque ad finem
vite. Et quandocumque directio pervenit
ad corpora vel radios infortunarum videt
natus infirmitates secundum naturam illius infor-
tunii. si fortuna aspiciat ipsum locum tunc
eius minuet malum.

Capitulum hoc de duodenaria planetarum et domorum.
Capitulum hoc docet invenire dominum duodenarie.
Intelligendum est ad evidentiam istius capituli quod
quodlibet signum est divisum in 12 partes
et quelibet pars est de 2 gradibus et 30 minutis.
Hyspalensis ponit hoc capitulum et 2 capitula
sequentia inter dignitates planetarum et
dicit quod prime duodenarie est dominus illius
signi. domus 2e est planeta succedens dicti
signi et sic per ordinem. Verbi gratia dominus
prime 12 arietis est mars. 2e sol.
3e venus. 4e mercurius. 5e luna. 6e sol.
et sic secundum ordinem. Scientia autem
est talis. Cum volueris scire 12am planetarum
vel domorum vide quantum transivit planeta
de signo in quo est aut de domo in qua est
et numerum illorum graduum multiplica per 12
et super numerum multiplicatum adde numerum
graduum quem multiplicasti et quod collectum
fuerit proice ab initio signi in quo planeta
dans unicuique signo 30 gradus et ubi finietur
fuerit numerus ibi erit 12a.

Capitulum hoc de novenaria quod sunt no-
venarie. Docet hic invenire dominum
novenarie alicuius planete sic. Vide quot gradus
transierit planeta de signo in quo est vel de
domo in qua est et divide totum illud signum
in 9 divisiones et quelibet divisio erit 3 gradus
et 20 minuta. Deinde vide in qua parte illius
divisionis sit planeta et dabis prime divisioni
dominum signi mobilis eiusdem triplicitatis
et secunde divisioni dominum signi sequentis
et 3e dominum 3ii signi sequentis et sic eodem
secundum ordinem signorum quousque venias ad
illam divisionem in qua est planeta cuius queris do-
minum novenarie. Verbi gratia pono quod sit in 24 gradu
aquarii deductis prius 7 [illegible] et 20 minutis
aquarii dominus signi mobilis eiusdem triplicitatis
est [illegible] aquarius de triplicitate aerea etc.

signum nonum illius triplicitatis. Et libra domus ve-
neris et venus que est domina 3e nonenarie
aprilis. Deinde dedi secundam nonenariam marti
domino signi sequentis scilicet scorpionis et cuius
sunt completi a primo aprilis 6 gradus et 40 minuta.
Deinde dedi tertiam nonenariam Iovi qui est
dominus sagittarii qui succedit scorpioni et
cuius sunt completi 10 gradus aprilis. Et dedi
4am saturno domino capricorni. Dedi iterum
5am nonenariam saturno qui est dominus aquarii
6am Iovi qui est dominus piscis. 7am marti
domino arietis et completi sunt a primo signi
23 gradus 20 minuta. Dedi 8am nonenariam veneri
domine tauri illa que est domina 9e solis
in tauro proprie. Et quod invenies in libris
iudiciorum de domino Analbahar videlicet
si fuerit in die intelligendum de domino nonenarie
solis. In nocte de domino nonenarie
lune. Alia que dicit auctor patebit in
exemplis [illegible].

Ex hoc adorugen. Hic docet in-
venire decanum. Unde est talis.
Divide signum ascendens in 3 partes et erit
quelibet decies ex 10 gradibus. Dabis ergo primam
decanum domino ascendentis. 2am domino 5i signi et
3am domino 9i signi. Vult dicere quod prima decies
est domini eiusdem signi quod ascendit. 2a est
domini signi sequentis eiusdem triplicitatis. 3a divisio
est domini tertii signi illius triplicitatis. ita quod tres
decani sunt tres domini signorum unius triplicitatis.
Auctor ponit tale exemplum. Ponatur quod prima facies
arietis sit ascendens cuius decanus est Iupiter
mars. Et si 2a facies arietis ascenderit
eius decanus est sol dominus leonis. Et si 3a
facies ascenderit eius decanus est Iupiter dominus
sagittarii qui est 3um signum illius triplicitatis. Et si
prima facies leonis ascenderit eius decanus
est sol dominus eiusdem signi. Et in 2a eius dominus est
Iupiter. Et in 3a eius dominus est mars. Et sic de
aliis intelligendum est.

Ex hoc domini orbis. Hic ponit ordinem
dominorum horarum in nativitatibus dicens
quod aspicere debes in hora qua egreditur natus
ventre. Et dominum illius hore dabis anno
nativitatis. Et planete illius signi erit natus in eodem

anno quo ad sanitates vel infirmitates corporis
nati. Et dabis dominum 2e hore sequentis
2o anno et per eum significabitur esse in eodem
anno sicut per dominum dominus (?) Et dominum 3e
hore ab ascendente nati 3o anno per quem
significatur esse fratrum in illo anno sicut per
dominum 3e domus. Et per eundem modum facies
de aliis dominis horarum omnibus secundum ordinem
horarum et domorum usque ad finem vite
et cum veneris ad 12 horam quam etiam dominus
dat 12e domui. dabis 13 horam a
nativitate domino radicis scilicet ascendentis et dominum
14 hore domino secunde radicis nativitatis et sic de
aliis usque in fine vite. Et vocatur dominus
prime hore dominus ascendentis. dominus 2e hore dominus
secunde. dominus 3e dominus fratrum et de ceteris.
Vocatur etiam dominus orbis et significat per eum
sicut per alcocoden. Et quod astronomi
ponunt dominum orbis scilicet dominum ascendentis
radicis anno primo. et planetam qui huic
succedit 2o anno. Et 3o anno planetam qui
succedit huic sicut predictum est in domino
hore.

+ Exemplum in hoc ponatur quod natus fuit
quidam in die solis hora 4 que hora 4
inequalis est hora lune. Erit luna domina
primi anni et ab ea accipietur esse corporis
hora sequens est saturni erit igitur saturnus
dominus 2i anni et ab eo accipietur esse substantie
in illo anno et sic per ordinem.

Et ex hoc dispositione fridarie. Hic docet
ordinare annos fridarie id est gubernationis
planetarum in nativitatibus. Unde littera est talis.
Et in nativitatibus fuerit in die fridaria incipit
a sole et gubernat ipsum natum sol secundum
quantitatem annorum fridarie sue que sunt 10.
Post solem gubernat ipsum venus secundum quantitatem
annorum fridarie eius que sunt 8. post venerem
gubernat mercurius per 13 annos. Deinde
luna per 9 annos. Deinde saturnus per 11.
Deinde Iupiter per 12. Deinde mars per 7 annos.
Deinde caput draconis per 3 annos. Post
eam cauda per 2 annos. Deinde redit
dispositio ad solem et vadit per ordinem planetarum
sicut secundum quantitatem est possibilis hoc vivere.

Et initium omnium annorum firdarie fuit 75.
Si nativitas fuerit nocturna incipit
firdaria a luna et disponit luna annos
suos. Deinde saturnus. deinde iupiter postmodum
mars sol. Deinde venus et postmodum mercurius
deinde redit dispositio ad lunam et vadit per
ordinem planetarum sicut prius.
Et quilibet planeta disponit annos sue
firdarie disponit ipse 1a parte illorum annorum solus
in 2a 1a participatur et planeta sequens
qui hunc succedit in tercia 1a participabit
et planeta 3us in 4a quartus. et in 4 quintus.
Et sic usque ad 1a septimas 1a planetarum
Exemplum Pono quod natus fuit quidam in die
incipit ergo firdaria a sole et gubernat ipse
sol secundum quantitatem annorum firdarie sue qui
sunt 10 tot annis. Tertia parte sol gubernat
solus 1a parte istorum 10 annorum In 2a 1a
horum annorum gubernat participator
cum sole venus per unum annum et 155 dies
et 12 horas et transierunt tunc nato
duo anni 313 dies completi Deinde habuit
mercurius participatorem cum sole in dispositione
firdarie per unum annum 156 dies et 12 horas
et in fine huius dispositionis transierunt nato
4 anni solares et 104 dies et 6 hore
Deinde habuit participatorem cum sole lunam
per eandem 1a et in fine huius dispositionis transi-
erunt nato 4 anni 260 dies et 18 hore
deinde habuit participatorem cum sole saturnus
per eandem septimam. Deinde iupiter. Deinde
mars qui habuit ultimam participationem
cum sole in firdaria et in fine huius
dispositionis transierunt nato 10 anni completi
Secundum hunc modum facias in firdariis
omnium planetarum Caput autem et cauda
draconis quilibet eorum disponit per se
annos firdarie sue sine participatione
planetarum Narrat autem [illegible]
tes nato in qualibet hora dominum esse in
longum habet. vel Habenragel in suo
libro magno completo posuit omnes dies
et iudicia circulationum. Qui ergo
volunt iudicia legat librum illum.

Et extra hec almanaar i. superiminentia
hic dicitur constitutio quando planeta sit
elevatus super alterum Intentio vero sua est
quod planeta qui fuerit altior in circulo suo
brevi excentrico dicitur elevatus super alium
elevatione de qua hic loquitur. Et hoc est quod
dicit ptholomeus in 62 propositione centiloquii Ex parte Nota.
aspectus ad coniunctionem saturni et iovis
in eodem modo ad elevationem unius eorum
super alterum et iudica eius fortitudinem
nec eum in hoc modo. Et similiter fac in co-
niunctionibus. Haly autem in commento dicit
elevatio planete super planetam est ut sit
remotio eius ab auge sui circuli brevis
minor remotione alterius ab auge sui
circuli brevis. Et ille dicitur elevatus super
alterum Actor autem in libra iubet ac-
cipere medium motum planete et verum
locum planete. Et si verus locus fuerit minor
medio motu planete tunc est planeta ascendens
ab inferiori parte excentrici versus superiorem
partem Et si verus locus planete fuerit maior
medio motu tunc est planeta descendens ab
inferiori parte excentrici versus inferiorem
partem Ut breviter dicam si argumentum
planete equatum fuerit minus 6 signis [illegible]
est ascendens et e contra. Demum iubet actor
subtrahere medium motum planete de vero motu
eiusdem. si medius fuerit maior vero vel equalis
si fuerit maior ita videlicet quod minor sub
trahatur a maiori et residuum iubet
teneri pro elevatione qui ascendit vel pro
depressione qui descendit De venere
et mercurio iubet respicere distantiam inter
locum cuiuslibet eorum et locum solis et
iubet sicut in aliis. Modus primus
dicitur secundum quosdam ptholomei videtur michi melior
et melior. Deinde dicit actor quod fortior significatio
planetarum est cum unus eorum fuerit elevatus
super alterum in coniunctione. In oppositione autem Nota.
et in 4o aspectu erit significatio minor approximans
Et si unus planeta fuerit ascendens et alter
descendens. ille qui fuerit ascendens vadit super
descendentem Et si uterque fuerit descendens ille

vadit super alteram que fuerit minoris depressionis.

Item cum planeta alio elevatur super planetam quantum ad latitudinem. quia septentrionalis vadit super meridianum. Et si ambo fuerint septentrionales. septentrionalior vadit super illum qui fuerit minus septentrionalis. Et si ambo fuerint meridionales ille qui fuerit minoris latitudinis vadit super illum qui fuerit maioris latitudinis. Et si fuerit unus planetarum in ecliptica carens latitudine. tunc planeta septentrionalis vadit super eum. Et ipse carens latitudine vadit super meridianum.

Et textus hic appertio portarum dicit quod appertio portarum est quando inferior planeta iungitur superiori. et eius hospicia sive domus sunt opposite. Verbi gratia. Cum luna iungitur saturno vel cum aspicit tunc est appertio portarum. Similiter cum sol iungitur saturno domus eius solis et domus lune sunt opposite domibus saturni. Similiter quando mercurius iungitur iovi. Idem dicit quando venus iungitur marti tunc sunt appertiones portarum quia domus eorum sunt opposite unius alteri. Dicit hyspalensis. quando venus significat humiditatem. Mercurius ventos. Saturnus nebulas et frigus. Mars ventos a dextro i. a meridie et calorem super terram, et ventos a sinistro i. a septentrione. Dicit idem hyspalensis. Cum unus separatur a coniunctione alterius planete vel ab eius aspectu et iungitur alteri planete et sunt illorum planetarum domus opposite hoc est appertio magnarum valvarum. in quo est necesse venire ventos pluvias vel frigus ut est natura illorum planetarum. Verbi gratia. Luna quando separatur se a venere iungitur marti. Aut separatur se a mercurio iungitur iovi. Aut a sole et iungitur saturno est appertio magnarum valvarum. Et credo quod opposite vel quartus
no aspectus sunt in hoc fortiores.

Ex hoc Albumasar dicit quod in [illegible] narrat 12 horas post coniunctionem solis et lune et dat eas soli et dividit eas in 3 partes et iudicat super primas 4or horas secundum naturam primi domini triplicitatis solis. Et super 4 sequentes horas iudicat secundum naturam secundi domini triplicitatis loci solis et super 4 ultimas secundum naturam tertii domini triplicitatis loci solis hora coniunctionis. Postea dat veneri 12 horas sequentes et dividit eas similiter in 3 partes et iudicat super quaslibet 4or secundum naturam dominorum triplicitatis loci veneris hora coniunctionis. Postea similiter facit cum mercurio et cum luna et ceteris planetis secundum ordinem planetarum descendendo orbis ad solem per 84 horas. Et tunc revertitur secundum eundem ordinem. et hoc continuat usque ad coniunctionem sequentem.

Et quidam dicunt quod post coniunctionem sunt 12 hore que vocantur combuste in quibus non est bonum incipere aliquod opus. et post illas 12 horas combustas sunt 12 hore incombuste in quibus bonum est incipere opus. Et post illas 12 incombustas sunt 12 hore combuste. Deinde post illas sunt 12 incombuste et post eas 12 combuste et sic usque ad coniunctionem sequentem. Et ut breviter dicatur omnes 12 hore que dantur soli secundum ordinationem predictam sunt combuste. et 12 hore que sunt aliorum planetarum sunt incombuste. Postea dividit auctor has 12 horas combustas in 3 divisiones et quelibet divisio erit ex 4 horis. Et dicit quod qui inceperit bellum in 4 primis horis combustis timendum est de periculo anime sue. Auctor non intelligit hic per periculum anime periculum anime post vitam istam quia post separationem eius a corpore veniat [illegible] diabolus et deducat ad inferos. Sed intelligit periculum vel amissionem vite presentis. Et hoc intelligendum in omnibus locis ubi astrologi de ista anima. pertinet ad eos loqui de [illegible] vero pertinet ad theologos. Et qui inceperit bellum in 2o 4or horarum timendum est detrimentum sui corporis absque perditione vite. Et qui inceperit bellum in ultimis 4or horarum timenda est perditio omnium que possidet et tertia perditio illorum que pertinent ad ipsum. Et sic completa est tertia differentia alkabicii introducentis ad magisterium iudiciorum astrorum.

Differentia quinta in commemoratione
domiciliorum partium. Capitulum 1. Dividitur
iste liber in quo auctor docet proiectionem
partium et primo dividitur in duas partes.
In prima docet accipere partes 12 domorum.
In secunda ponit partes que cadunt in revolutionibus
annorum mundi. Secunda ibi [illegible] ibi incipit
Et quia auxiliante deo. Prima dividitur
in duas partes quia in prima parte dat modum
proiectionis partium in generali et exemplificat
de parte fortune. In secunda ponit in speciali partes
12 domorum et partes [illegible] ibi
Incipiamus itaque per partem fortune. Quando
partes [illegible]. Modus autem proiectionis
partium est quod accipiantur gradus qui sunt
inter unum locum et alium et [illegible] ille proicitur
ab ascendente vel ab alio loco. Vel addantur
super gradus qui fuerint inter duo loca gradus
qui fuerint ab initio signi ascendentis dando cuilibet
signo 30 gradus et ubi finiverit numerus ibi est
pars illa. Vel addantur super gradus qui
fuerint inter duo loca gradus qui sunt ab initio
signi usque ad locum ubi debet fieri proiectio et pro
[illegible] partem ab initio signi. Verbi gratia
Si proiectio debeat fieri a luna et luna fuerit
in 10 gradibus alicuius signi debet addi super gradus
qui fuerint inter duo loca 10 gradus et proiectio
debet fieri ab initio signi in quo est luna.
Item ponit exemplum de parte fortune et dicit quod [illegible]
parte fortune [illegible] accipiantur gradus zodiaci
qui sunt inter solem et lunam subtrahendo locum
solis de vero loco lune si fuerit in die. Et
si fuerit in nocte subtrahe locum lune de
vero loco solis. Et super adde gradus qui sunt ab
initio signi ascendentis usque ad gradum ascendentis et
numerum proveniens ab initio signi ascendentis dando
cuilibet signo 30 gradus et ubi finiverit numerus ibi
erit pars fortune. Verbi gratia Sol est in 5 gradibus
Piscium Luna in 14 [illegible] ascendens in 10
gradibus Arietis. Subtrahe locum solis a vero
loco lune et remanent 98 gradus super quos adde
10 gradus qui sunt a principio Arietis usque ad gradum
ascendentis et proveniunt 108 gradus quos incipias
proicere ab initio Arietis dando cuilibet signo 30 gradus
et terminabitur iste numerus in 18 gradibus Cancri ibi est
pars fortune in exemplo proposito.

Incipiamus itaque hic ponere partes
per ordinem 12 domorum
ponentes in qualibet domo partes ad illam
pertinentes. Et post dividit in tot partes quot sunt domus.
Incipit enim a prima domo et ponit primo partem
vite. 2° partem hyleg. 3° partem futurorum.
4° partem dilectionis et concordie. 5° partem
stabilitatis et durationis. 6° partem [illegible]
et audacie. Dicit auctor quod pars vite
accipitur de die a [illegible] in Saturnum
nocte e converso et proicitur ab ascendente. Albumasar
in introductorio suo dicit quod hec pars significat vitam
naturalem et corporis [illegible]. Que si
fuerit bona et significat perpetuitatem vite
sanitatem corporis et gaudium [illegible].
Que si fuerit impedita significat [illegible]
vite [illegible] infirmitatem animi
merorem et tristiciam.
Pars hyleg accipitur a gradu coniunctionis
vel oppositionis que precessit nativitatem usque
ad gradum lune et proicitur ab ascendente nati.
Et dicitur [illegible] quod significat quando
fit de hyleg. Et si [illegible] invenitur [illegible]
vel [illegible] ad malos significat impedimentum.
[illegible]. Unus sapientum astrologorum
[illegible] inveniebat hominem [illegible]
maxime in quibus [illegible] inveniebat
in eodem [illegible] hyleg pervenisse ad
loca malorum. Et inveniebat eadem
[illegible] per aliud significatorem [illegible]
[illegible] invenisset [illegible]
[illegible] hoc malum [illegible] in eodem [illegible]
quo hec pars pervenisset ad locum significantem
illud [illegible] iudicavit illud ab
infortunis partis et [illegible].
Pars futurorum accipitur in die a luna in
solem in nocte e converso et proicitur ab ascendente.
Proprietas istius partis secundum Albumasar est significare
[illegible] et corporis [illegible] significat fidem
[illegible] religionem et dei cultum secreta
cogitationes [illegible] occultas et
[illegible] et omne quod absconditum est [illegible]
[illegible] iudiciis [illegible]
Et a quo loco [illegible] accipitur [illegible]
locus [illegible].
Secunda domus [illegible] partes [illegible]. Prima

partis. Et secunda pars est paupertatis privationis quia
egenus. Tertia beatitudinis tribulationis et victus.
Albumasar dicit quod pars substantie significat perfectum victum
acceptum quibus substantiam corporis. Quod si
fuerit in bono loco significat bonum esse in
substantia cibo ac victu et econverso si fuerit ipse contra.
iio. Ceterum autem partes fortune accipientes
scilicet ex substantia quam thesaurizat homo
et acquirit sicut et cetera significatores substantie
et pars fortune.

De 3a domo

Tertia domus duas partes habet. Prima
dicitur pars fratrum. Et est benevolentia fratrum.
Albumasar dicit quod pars fratrum et dominus eius signum
in quo ceciderit significat esse fratrum et con-
cordiam eorum atque dilectionem et pergratiam
quam eorum et absentiam. Et si hec pars ceci-
derit et dominus eius in signis multorum filiorum
multiplicabuntur fratres et econverso si fuerint
in signis paucorum filiorum erunt pauci.
Et si volueris scire numerum eorum accipe
numerum signorum quod fuerit inter partem et dominum domus
in qua ceciderit aut quot fuerint inter partem
dominum partis et per unumquodque signum unum
fratrem. Et si inter eos fuerit signum quod
duplicat numerum, duplica. Similiter si inter
partem et dominum domus in qua ceciderit fuerit
planeta aliquis da alios etiam unum fratrem. Al-
bumasar dicit pars huius una parte quam dixit pro morte
fratrum quam accipe in die a sole in gradum 10
et in nocte econverso et augebitur de super gradus
ascendentis et proiectis ab ascendente. Et quotiescumque
pervenerit hec pars per directionem ad significatorem
fratrum et sororum dando unicuique gradui unum
annum aut per profectionem dando cuilibet signo
annum unum eveniet fratribus et sororibus
aliquid horribile vel aliquis eorum morietur.

De 4a domo

Quarta domus 6 partes habet.
Prima est pars patrum. 2a pars mortis patrum.
3a pars avorum. 4a hereditatum et possessio-
num. 5a pars nobilitatis nativitatis et utrum sit
filius eius cuius imponitur vel non. 6a est pars
finis rerum. Albumasar dicit quod si hec pars ~~fuerit~~
patris fuerit bona esse erit pater nobilis.
Et si videris hunc partem fuerit fortunata et pater
felix et econverso. Dicit etiam de 2a parte quam dixit
pro morte patris. Et quotiescumque perfectio
dominus pervenerit ad hanc partem vel ad dominum
eius significat periculum patris. Et sic etiam per-
venit aliquis eorum ad significatores patris.

De 4a

Quinta domus 1 partem habet. Prima est pars
filiorum. 2a pars temporis in quo debet habere
filios et pro ordinem. Dicit Albumasar quod si hec
pars filiorum ceciderit in signo sterili non
habebit filios. Si in signo multorum filiorum
habebit multos. Et in pauco paucos.
Et feliciter pars significat filios. Et fuerit
fortunata filii vivent. Si infortunata morientur.

De 6a domo

Sexta domus duas partes habet.
Prima est egritudinis id est debilitatis alicuius
membri. 2a est pars servorum. Et si pars egri-
tudinis fuerit cum fortunis erunt nativitatis sanus
in membris. Si infortunata cum infortuniis habebit
morbos incurabiles in membris et locis
in quibus erunt hec egritudines fiunt a
locis infortunatis et ab signorum.

De 7a domo

Septima domus 4 partes habet. Prima est des-
ponsationis virorum. 2a pars desponsationis mulierum
et hec accipe duobus modis. 3a delectationis
et voluptatis. 4a est pars nuptiarum. Et cum
pars desponsationis pervenerit per directionem usque
ad Iovem vel Venerem vel significatorem desponsationis
vel tempus fuerit in una nativitate tempus desponsationis
quando istis partes desponsationis pervenerit ad ipsum
partem per directionem dando cuilibet gradui annum
unum.

De octava domo

Octava domus 4 partes habet. Prima est pars
mortis. 2a est pars partis quam interficit. 3a pars anni
in quo timetur nato morbus et paupertas. 4a pars
est virtutis legationis et culpe. Dicit Albumasar
quod si pars mortis fuerit impedita et dominus eius et
non aspexerit eos fortune interficietur natus
morte turpissima. Et econverso si aspexerit
eam luna sola aspexerit partem partis interficit.
Et ipsa luna fuerit in signis membrorum abscisorum
natus interficietur patienter. Et si luna fuerit
impedita abscindetur ei aliquod membrum. Cum pars
anni in quo timetur nato morbus. Et dominus eius
domino ascendentis fuerint impediti erit natus multe
infirmitatis et afflictionis corporis et substantie
et multotiens apparebit periculum corporis et
amissionis substantie. Et quotienscumque perfectio anni

peruenit ad hanc partem. aut peruenerit
hec pars per profectionem vel directionem ad ascen
dens vel ad dominum eius similiter vtique patietur in corpore
ex infirmitatibus et morbis et inueniet
angustias et horribile in sua tunc timebit quoque
mortem ex duabus partibus. **De 9 domo**

Nona domus habet 2 partes. Prima est pars
nauigationis vel pars timoris in aqua et ab ea
accipitur peregrinationis et timor aque. Secundum
Albumasar. si peruenerit in aqua cecidit in fortuna
aquatica vtique faciet intrare timor per aquas
et si fuerit ibi fortuna vtique in suis itineribus
proficiet ac lucrum habebit. Decima si fuerit
ibi infortuna. **De decima domo.**

Decima domus partes habet 4. prima est pars
regni et operis vnius. Secunda pars regis atque
regni. tertia pars ordinem. **De xi domo.**

Vndecima domus habet partes 2. prima est pars
amicorum. Secunda est pars status amicorum et effectum
amicicie. **De duodecima domo.**

Duodecima habet vnam partem. et est pars
inimicorum vel inimicorum.
Sunt et alie partes quibus vtuntur magni
iudicatores vt patet in littera.

Et quia ampliatione dico. hic post partes
que exeunt in reuolutionibus annorum
mundi ad sciendum status regum. Et pars que deo
pars regni atque regis et imperii et
et ista accipitur a marte in lunam et proi
citur ab ascendente. Finis que signat mutationem
regni. Et accipitur etiam alio modo scilicet a quo signo
ascendit in quo dominus gradus intelligo a gradu
ascendentis reuolutionis anni in quo est quousque ad
locum quo perueniat dominium mundi. homo non
intelligat impossibile supponi. quia videtur
alio quod homo debet scire quod ascendit in hora
coniunctionis planetarum scilicet saturni et iouis et est impossibile
secundum dictum abrahe auenezre. Si eo posset
scire dico est nomen magis. Et est etiam hic pars
alio modo videlicet accipitur a quo signo reuolutionis
illius anni in quo fuerit quousque in sole et
proiecta a quo signo in iouem. Et est etiam pars que qua
scitur quamdiu debeat durare rex in regno
hoc accipitur ab hora electionis regis a
sole in alio quod dicitur leonis et proiecta a luna.
accipitur etiam a luna in illo quod caderet et proiecta
a sole. Et etiam est pars temporis electionis
regis que accipitur in die a Ioue in saturnum
et in nocte econtra et proiecta ab ascendente
reuolutionis anni in quo surrexerit rex. Et si

super fuerit in signo eodem et venus fuerit dumtaxat
et eius lumine super cadens ab angulo. Quinta
accipitur a saturno in Iouem et addunt de super
30 gradus et proiecta ab ascendente. Si vero super
et saturnus fuerint oppositi et ambo cadentes
ab ascendente accipitur medietas graduum qui
fuerit inter eos et proiecta ab ascendente. Et si
super fuerit in exaltatione sua et reuolutio
nocturna incipit ab eo in saturnum et proiecta
ab ascendente.


Item dicit actor quod sunt due partes magne
ex quibus extrahuntur tempora electionis regis et
eius dignitatis et status prout patet quod dicit
in libro. Et hoc. Galo Habenragel [illegible]
in reuolutione annorum mundi pro mutationibus
mutanda. prima a saturno que est prima gradus
et quot gradus et minuta fuerint inter eos fuerit
Et post considera in quo signo est dominus medii
celi et reduc illos gradus ad ascensiones
illius signi in quo fuerit. et quod inde exiuerit
erit illud quod durat anni vel menses
vel dies. Et si fuerit in domibus vel exaltat
ionibus erunt anni. Si fuerint in succedentibus
et pregnantibus erunt menses. Alioquin erunt dies.
Et illud quod sol applicauerit marti et marti
fuerit cum in vdomus non applicat saturno
significat quando mutetur monarchia contra ipsum et
regnabit et viuet super eum et propter hoc
accidit ei tristicie et angustias et
forte capietur ab eo cum si marti cum hoc
applicauerit saturno nec erit iudicium et
nullus ipsorum mouebitur. **De partibus anni.**

Item sunt hic alie partes. Vnde dicit actor
partes partes que exeunt in reuolutionibus annorum
mundi per quas scitur que res erunt care vel
viles. Secundum hermetem et talis et volunt
scire vtrum aliqua res erit cara vel vilis
multa vel pauca. Considera partem illius rei
et vide in cuius domo parte vel exaltatione
vel dominio. vel triplicitate cadat ipsa pars
Et planeta si fuerit directus vel retrogradus
et in aliquo loco malo vilescet res illa
et erit parui precii. Si vero fuerit in angulo
vel in loco fortitudinis sicut in domibus vel
exaltationibus et maxime si fuerit in medio celi caristia
res illa et erit maioris precii. Et si
peruenerit dictus dominus illius ad locum destructionis

sive velocitate rei illa. Unde dico si planeta
habens plures fortitudines in loco partis
fuerit in aliqua dignitatum suarum maxime
in sua exaltatione et in aliquo angulorum maxime
in medio celi res illa erit cara. Et si minus
fortitudines planeta habuerit secundum dignitates augentes
vel succedentibus erit quantitas caristie.
Si vero ille planeta fuerit in casu a domo vel
exaltatione vel fuerit cadens ab angulo vilescet
no. res illa secundum erit quantitas pravitatis. Aspice similiter
aspectum fortunarum et infortunarum ad eandem
et ad dnm ptis fad. partem lunam et dominum eius quid sit secundum quod
aspiciunt illam partem. Si autem fortuna luna
aspiciat ipsam partem multiplicatur caritas rei
in precio. Et si infortune eam aspexerint
detrimentum patietur illa res et vilescet.
no Dico insuper si planeta habens plures fortitudines
in loco partis fuerit in revolucione retrogradus
et eciam non fuerit in aliqua dignitatum suarum
vel in angulo significat quod res illa erit cara. sed
